Sz ɔtra. Sicut in primo dictũ est, Cõsciẽtia nihil aliud est quã applicatio sciẽtie ad aliquẽ actuz: scia autẽ in ratione est voluntas. ergo discordans a rõne errante est cõtra cõsciẽtiam: sed ois talis volũtas est mala: ro.14. Oẽ quod nõ est ex fide, pctm̃ est.i. oẽ qđ est cõtra conscientiã. ergo voluntas discordans a ratione errante est mala.

Rñdeo Dicendum, qđ cũ conscientia sit quodãmodo dictamẽ rõnis, est enim quedã applicatio scientie ad actũ: vt in primo dictũ ẽ: idẽ ẽ qrere vtrũ volũtas discordans a rõne errãte sit mala: qđ querere vtrũ conscĩa errans obliget. ¶Circa qđ aliq̃ distinxerũt tria genera actuũ: quidã enim sunt boni ex genere, quidã sunt indifferentes: quidã sunt mali ex genere. Dicũt ergo quod si rõ vel conscientia dicat aliquid esse faciendũ qđ sit bonũ ex suo genere, non est ibi error. Similiter si dicat aliqd nõ eẽ faciẽdũ qđ est malũ ex suo genere: eadẽ.n. rõne precipiũtur bona, qua prohibẽtur mala. sz si ratio vel ɔscia dicat alicui qđ illa que sunt secũduz se mala homo teneatur facere ex precepto, vel quod illa que sunt scđm se bona sint prohibita, erit ratio vel cõscia errans: et similr si ratio vel cõscia dicat alicui q id quod est bm se indifferẽs (vt leuare festucam de terra) sit prohibitũ vel preceptum, erit ratio vel cõscia errãs. Dicũt ğ q ratio vel cõsciẽtia errans circa indifferẽtia siue pcipiẽdo siue phibẽdo obligat, ita q volũtas discordãs a tali rõe errãte, erit mala et peccatũ: sed ratio vel conscientia errans precipiendo ea q̃ sunt p se mala, vel prohibendo ea que sunt per se bona et necessaria ad salutẽ, non obligat. vñ in talibus voluntas discordans a ratione vel conscientia errante non est mala. Sed hoc irrationabiliter dicitur. in indifferentibus enim voluntas discordans a ratione vel consciẽtia errante est mala aliquo modo propter obiectum, a quo bonitas vel malitia voluntatis dependet. non autem propter obiectum secundum sui naturam: sed secundum quod per accidens a ratione apprehenditur vt malum ad faciendum vel ad vitandum: et quia obiectum voluntatis est id, quod proponitur a ratione vt dictum est, ex quo aliquid proponitur a ratione vt malum, voluntas dum in illud fertur accipit rationem mali. hoc autem contingit non solum in indifferentibus: sed etiam in per se bonis vel malis, non solum enim id qđ est indifferens potest accipere rationem boni vel mali per accidens. sed etiã id quod est bonum potest accipere rationem mali: vel illud quod est malum rationem boni propter apprehensionem rationis: puta abstinere a fornicatione bonum quoddã est: tamen in hoc bonum non fertur voluntas, nisi secundum q a ratione proponitur. Si ergo pponatur vt malũ a ratione errante: fertur in hoc sub ratione mali. vnde voluntas erit mala: qz vult malum: non quidem id qđ est malum per se: sed id quod est malum per accidens ppter apprehensionem rationis: et similiter credere in Christũ est per se bonum et necessarium ad salutem: sed voluntas nõ fertur in hoc nisi bm q a ratione pponit. vnde si a ratione proponatur vt malum, volũtas feretur in hoc vt malum. non quia illud sit malum bm se: sed quia est malũ per accidens ex apprehensione rationis. et ideo philosophus dicit in.7.ethicorum, Quod per se loquẽdo incontinens est qui non sequitur rationem rectam: per accidens autem qui non sequitur etiam rationem falsam. Unde dicendum quod simpliciter omnis voluntas discordans a ratione, siue recta siue errante semper est mala.

Ad primũ Ergo dicendũ, qđ iudicium rationis errantis licet non deriuetur a deo: tamẽ ratio errans iudicium suum proponit vt verum: et per consequens vt a deo deriuatum a quo est omnis veritas. ¶Ad secũdum dicendum, qđ verbum Augu. habet locum quando cognoscitur qđ inferior potestas precipit aliquid contra preceptum superioris potestatis. Sed si aliquis crederet qđ preceptum proconsulis esset preceptum imperatoris contemnendo preceptum proconsulis cõtemneret preceptũ imperatoris. Et silr si aliquis homo cognosceret q ratio humana dictaret aliquid ɔ preceptum dei non teneretur rationem sequi: sed tũc ratio non totaliter esset errans, sed qñ ratio errans pponit aliquid vt preceptum dei, tũc idem est cõtemnere dictamen rationis et dei preceptum. ¶Ad tertiũ dicẽdũ, q rõ qñ apprehẽdit aliquid vt malũ semper apprehendit illud sub aliqua ratione mali: puta qz cõtrariatur diuino precepto, vel quia est scãdalũ, vel ppter aliqđ hmõi: et tũc ad talem speciem malitie reducitur talis mala voluntas.

¶Utrum volũtas concordans rationi errãti sit bona. Arti.6.

3.ar.5.et locis ibi iductis.

AD sextũ Sic pceditur. Uidetur, qđ voluntas cõcordans rationi erranti sit bona. Sicut enim volũtas discordans a rõne tendit in id qđ ratio iudicat malum, ita voluntas concordans rationi tendit in id qđ ratio iudicat bonũ: sed volũtas discordans a ratione etiã errante est mala, ergo voluntas cõcordans rationi etiã errãti est bona. ¶P. Uoluntas concordans pcepto dei et legi eterne semp est bona: sed lex eterna et pceptũ dei pponitur nobis per apprehensionẽ rõnis etiaz errãtis, ergo volũtas concordãs etiã rõni errãti est bona. ¶P. Uoluntas discordans a ratione errante est mala. si ergo voluntas cõcordans rationi erranti sit etiã mala, videtur qđ ois volũtas habentis rationem errantem sit mala, et sic talis homo erit perplexus, et ex necessitate peccabit: qđ est inconueniens. ergo voluntas concordans rationi erranti est bona.

Sed ɔ. Uolũtas occidẽtium aplos erat mala: sed tñ cõcordabat rationi errãnti ipsorum: bm illud Joã.16. Uenit hora vt omnis qui interficit vos arbitretur obsequiuz se prestare deo. ergo voluntas concordans rationi erranti potest esse mala.

Rñdeo Dicendum, qđ sicut premissa questio eadem est cum questione qua queritur vtrũ cõscientia erronea liget, ita ista questio eadem est cũ illa qua queritur vtrum conscientia erronea excuset. Hec autem questio dependet ab eo qđ supra de ignorantia dictum est. dictum est enim supra qđ ignorantia quandoq; causat inuoluntarium quandoq; autem non. Et quia bonum et malum morale consistit in actu inquantum est voluntarius (vt ex premissis patet) manifestum est qđ illa ignorantia que causat inuoluntarium tollit rationẽ boni et mali moralis, non autem illa que inuoluntarium non causat. Dictum est etiam supra quod ignorantia que est aliquo modo volita siue directe, siue indirecte, nõ causat inuoluntarium, et dico ignorantiam directe voluntariam in quam actus voluntatis fertur. Indirecte autem propter negligentiam ex eo quod aliquis non vult illud scire quod scire tenetur. vt supra dictuz est. Si igitur ratio vel conscientia erret errore voluntario vel directe, vel propter negligẽtiam, quia est error circa id qđ quis scire tenetur: tunc talis error rationis vel conscientie non excusat, quin voluntas concordans rationi vel conscientie sic erranti sit mala. Si autem sit error qui causat inuolũtarium prouenient ex ignorantia alicuius circunstantie absq; omni negligentia: tũc talis error rationis vel conscientie excusat vt voluntas concordans rationi erranti non sit mala. puta si ratio errans dicat q homo teneatur ad vxorem alterius accedere, voluntas concordans huic rationi errãti est mala: eo q error iste prouenit ex ignorantia legis dei quam scire tenetur. Si autem ratio erret in hoc qđ credat aliquam mulierem submissam esse suam vxorem, et ea petente debituz velit eam cognoscere excusatur voluntas eius vt non sit mala: quia error iste ex ignorantia circũstantie prouenit que excusat et inuoluntarium causat.

Ad primum Ergo dicẽdum, q sicut diony. dicit in 4.cap. de di. nomi. Bonum causatur ex integra causa, malum autem ex singularibus defectibus, et ideo ad hoc qđ dicatur malũ id in quo fertur volũtas sufficit. siue qđ bm suam naturam sit malum, siue q apprehendatur vt malum: sed ad hoc qđ sit bonum, requiritur q vtroq; modo sit bonũ. ¶Ad secundum dicendum, qđ lex eterna errare non potest: sed ratio humana potest errare: et ideo voluntas concordans rationi humane non semper est recta, nec semper est concordans legi eterne. ¶Ad tertium dicendum, quod sicut in syllogisticis vno inconuenienti dato necesse est alia sequi, ita in moralibus vno inconuenienti posito ex necessitate alia sequũtur: sicut supposito quod aliquis querat inanem gloriam, siue propter inanem gloriam faciat quod facere tenetur, siue dimittat, siue peccabit. Nec tamen est perplexus: quia potest intentionem malam dimittere. et similiter supposito errore rationis vel conscientie qui procedit ex ignorantia nõ excusante necesse est quod sequatur malum in voluntate. nec tamen est homo perplexus: quia potest ab errore recedere cum ignorantia sit vincibilis et voluntaria.

¶Utrum voluntatis bonitas in his q̃ sunt ad finẽ depẽdeat ex intẽtione finis. Art.7.

2.di.38. ar.4.ad 4.et art. 5.cor.et dis.40. ar.2.et i expo.lit.

AD septimũ Sic pceditur. Uidetur quod bonitas voluntatis non dependeat ex intentione finis. Dictum est enim supra, q bonitas voluntatis dependet ex solo

¶Super arti.7. Circa titulũ articuli septimi: aduerte qđ licet hactenus de voluntate idest de actu interiori voluntatis in hac questione tractatum sit in hoc articulo questio est de volũtate id est de actu interiori voluntatis vt distinguitur contra intentionem. Ea autem necessitas questionis hui⁹ fuit: quia voluntas ab intentione sepe distingui solet: et plurimuz intentio iudicari in continua morum frequentia volũtasq; ex intentione accusari vel excusari.

Universidad de Deusto Biblioteca

obiecto: sed in his que sunt ad finem aliud est obiectum voluntatis, et aliud finis intentus. ergo in talibus bonitas voluntatis nō dependet ab intentione finis. ¶ Preterea. Velle seruare mandatū dei pertinet ad voluntatem bonam: sed hoc potest referri ad malum finem scilicet ad finem inanis glorie vel cupiditatis dū aliquis vult obedire deo propter temporalia consequēda. ergo bonitas voluntatis non dependet ab intentione finis. ¶ Preterea. Bonum et malum sicut diuersificant voluntatem ita diuersificant finem. sed malitia voluntatis non dependet a malitia finis intenti. qui n. vult furari vt det eleemosynā voluntatē malā habet, licet intēdat finem bonū. ergo et bonitas volūtatis nō depēdet a bonitate finis itēti.

Sz cōtra Est, q̄ aug. dicit. 9. confessionum, q̄ intētio remuneratur a deo. sed ex eo aliquid remuneratur a deo, quia est bonum. ergo bonitas voluntatis ex intentione finis dependet.

Rn̄deo Dicēdum, q̄ intētio duplr se potest habere ad volūtatē. vno modo vt precedens, alio modo vt concomitans. Precedit quidem cāliter intentio voluntatem, quando aliq̄d volumus pp intentionem alicuius finis: et tunc ordo ad finem consideratur vt ratio quedam bonitatis ipsius voliti, puta cum aliquis vult ieiunare propter deum, habet enim ieiunium rationem boni ex hoc ipso quod fit propter deū. vnde cum bonitas voluntatis dependeat a bonitate voliti, vt supra dictum est, necesse est quod dependeat ex intentione finis: cōsequitur autem intentio voluntatē quando accedit volūtati p̄existēti, puta si aliq̄s vellet aliquid facere, et postea referat illud in deū, et tūc prime volūtatis bonitas nō dependet ex intētiōe sequēti: nisi quatenus reiteratur actus voluntatis cum sequenti intentione.

Ad primū Ergo dicēdū, q̄ qn̄ intentio est cā volendi, ordo ad finē accipitur vt quedā rō bonitatis in obiecto: vt dictum est. ¶ Ad secūdū dicendum quod voluntas non potest dici bona si sit intentio mala causa volendi. qui enim vult dare eleemosynā propter inanē gloriā consequēdā: vult id quod de se est bonū sub ratione mali, et ideo put est volitum ab ipso est malum. vnde volūtas eius ē mala. Sed si intētio sit cōsequens, tunc volūtas potuit esse bona, et per intentionem sequentem non deprauatur ille act9 volūtatis qui precessit, sed actus volūtatis qui iteratur. ¶ Ad tertium dicendū, q̄ sicut iā dictum est, malū cōtingit ex singularibus defectibus, bonū autem ex tota et integra causa. vnde siue voluntas sit eius quod est secundum se malū et sub ratione boni, siue sit boni sub ratione mali, semper voluntas erit mala: sed ad hoc quod sit voluntas bona, requiritur quod sit bona sub rōne bōi. i. q̄ velit bonū et pp bonū.

¶ Utrum quantitas bonitatis vel malitie in voluntate sequatur quantitatē boni vel mali in intentione. Arti. 8.

s. art. 7. ad. 2. Et mal. q. 2. ar. 2 ad. 8.

Ad octauum Sic p̄ceditur. Uidetur, quod quantitas bonitatis in volūtate dependeat ex quātitate bonitatis in intentione. quia super illud Matth. 12. Bonus homo de thesauro bono cordis sui profert bona: dicit gloss. Tantum boni quis facit, quantum intendit: sed intentio nō solū dat bonitatem actui exteriori: sed etiam voluntati, vt dictum est. ergo tantū aliquis habet bonam voluntatem quantum intēdit. ¶ P̄terea. Augmentata causa augmētatur effectus: sed intētionis bonitas est cā bone voluntatis. ergo quantū quis intēdit de bono tm̄ volūtas ē bona. ¶ P̄. In malis quantū aliquis intēdit: tātū peccat. si enim aliq̄s proiiciēs lapidē intēderet facere homicidiū: reus esset homicidii: ergo pari ratione in bonis tm̄ est bona voluntas, quantū aliq̄s bonū intēdit.

Sed contra. Potest esse intentio bōa et volūtas mala. ergo pari ratione potest esse intentio magis bona, et voluntas minus bona.

Rn̄deo Dicēdum, q̄ circa actū et intentionē finis duplex quātitas potest considerari. Una ex pte obiecti: quia vult maius bonū vl agit. Alia ex intētiōe actus, quia intense vult vel agit q̄d ē maius ex parte agentis. Si igitur loquamur de quantitate vtriusq̄ quantum ad obiectum: manifestum est quod quantitas act9 non sequitur quantitatem intentionis. quod quidem ex parte actus exterioris contingere potest dupliciter. Uno modo, quia obiectū quod ordinatur ad finem intentū non est proportionatū fini illi: sicut si quis daret decem libras: non posset consequi suam intentionē si intenderet emere rem valentem centum libras. Alio modo propter impedimēta que superuenire possunt circa exteriorem actū que non est in potestate nostra remouere: puta aliquis intendit ire vsque Romam, et occurrunt ei impedimēta quod non potest hoc facere. sed ex parte interioris actus voluntatis non est nisi vno modo quia interiores actus volūtatis sunt in potestate nostra: non autem exteriores actus: sed voluntas potest velle aliquod obiectum non proportionatum fini intento: et sic voluntas que fertur in illud obiectum absolute consideratum non est tantum bona quantum est intentio. sed quia etiam ipsa intentio quodammodo pertinet ad actum voluntatis inquantum scilicet est ratio eius, propter hoc redundat quantitas bone intentionis in voluntatem inquantum scilicet voluntas vult aliquod bonum magnum vt finē. licet illud per quod vult consequi tantum bonum non sit dignum illo bono. Si vero consideretur quantitas intentionis et actus secundum intentionem vtriusque, sic intentio intentionis redundat in actum interiorem et exteriorem voluntatis, quia ipsa intentio quodammodo se habet formaliter ad vtrūque, vt ex supradictis patet, licet materialiter intentione recta existente intensa possit esse actus interior vel exterior non ita intensus materialiter loquendo, puta cum aliq̄s non ita intēse vult medicinā sumere, sicut vult sanitatem, tamē hoc ipsum quod est intēse intēdere sanitatē redundat formaliter in hoc quod est itēse velle medicari. ¶ Sed tamē hoc ē cōsiderādū q̄ intensio act9 interioris vl exterioris pōt referri ad itētionē vt obm̄. puta cū aliq̄s itēdit intēse velle, vel aliq̄d intense opari, et tm̄ non pp hoc intense vult vel operatur: quia quātitatē itēti boni non seqt̄ bonitas act9 interioris vel exterioris, vt dictum est. Et inde est q̄ nō q̄ntū aliq̄s itēdit mereri meret̄: q2 quātitas meriti consistit in intētione actus vt infra dicetur.

Ad primum Ergo dicendum, q̄ glossa illa loquitur

¶ Super arti. 8.

In titulo articuli octaui voluntas sumitur vt in precedenti articulo. In corpore eiusdē articuli aduerte primo q̄ author plus determinat q̄ quesierit: quesiuit enim de quantitate voluntatis et intentionis, determinat autem de quantitate predictorum et actus etiam exterioris: et hoc ad p̄fectionem doctrine: et propter idētitatē rationis quo ad hoc in voluntate et actu exteriori sublatis impedimētis. Aduerte secūdo q̄ in litera distinguitur tam volūtas q̄ actus exterior respectu. s. sm̄ se et vt stat sub intentione: et dicitur q̄ nec quantitas ex obiecto nec quantitas ex modo intentionis descēdit necessario in actum volitionis: aut actus exterioris secundum se seu materialiter id est vt tendunt in sua obiecta propria: sed quantitas vtraq̄ scilicet ex obiecto et modo intentionis redūdat in vtrunq̄ actū scilicet voluntatis et exterioris vt stāt sub intētione seu formaliter. i. vt tendunt in finem quem respicit intentio.

¶ In responsione ad tertium eiusdem articuli dubium occurrit quomodo verificetur q̄ quantū mala est intentio tantū mala est voluntas: an scilicet verificatur de volūtate materialiter et scd̄m se aut formaliter et vt stat sub intentione. Si secundo mō nulla est differentia inter quantitatem bonitatis et malitie in hoc quoniam vt in corpore articuli patet quantitas intentionis bone redūdat in voluntatem et actum formaliter. Si primo modo sic cōuincitur falsū manifeste: quoniā neutra malitia necessario descendit ex intētione in voluntatem materialiter. ¶ Ad hoc dicitur q̄ ea que dicta sunt in corpore articuli verificantur de quantitate bonitatis et malitie. Et de bonitate quidem in litera patet: de malitia autē eisdem rationibus p̄batur: q̄ enim quantitas mala intentionis ex obiecto nō necessario descendat in voluntatem secundū se/ patet ex hoc q̄ intendens aliquod magnum malum potest velle vti aliquo medio non sufficienter consono tanto malo: sicut si q̄s vellet emere episcopatum et offerret solas preces. Quod etiam quantitas male intētionis ex modo non descendat in quantitatem actus secundum se: patet ex hoc q̄ contingit intense intendentem adulterium/ minus libenter frangere murum per quē ingrediatur ad intētum habendū. Quū igitur non oporteat esse verum q̄ quantum mala est intentio tantum mala sit voluntas materialiter: relinquitur vt verificetur hoc dictum de voluntate formaliter id est vt stat sub intentione. Et ad obiectionem cōtra hoc dicitur q̄ stante hoc saluatur differentia inter quantitatē bonitatis et malitie/ in hoc q̄ quantitas malitie intentionis est semper quātitas malitie voluntatis formaliter/ sicut q̄ absolute constituit eam tantum malam: quātitas vero bonitatis intētionis non oportet q̄ sit quantitas bonitatis volūtatis. Et ratio differentie est: quia sicut simpliciter ad simpliciter: ita magis ad mag. Cōstat autem q̄ malitia in intētione sufficit ad constituendā voluntatem malam/ bonitas autem non: quia bonum constat ex causa integra/ malum autem ex particularibus defectib9. vnde dando eleemosynam propter inanem gloriam/ non solum intentio est mala sed actus formaliter: et consequenter quanto peior est intētio tanto peior erit actus formaliter: sicut absolute conceditur q̄ actus dantis eleemosynam pp̄ter inanem gloriam est mal9: ita absolute cōcedendū est q̄ actus dantis eleemosynā pp̄ter maximam affectionē inanis glorie est peior. Et sic si fiat pp̄ter maius malum: puta subuersionem fidei/ sed furando diuitem propter subueniendum pauperibus bonitas intentionis non constituit bonitatem act9: et consequenter quātitas bonitatis in

quantum ad reputationem dei qui precipue considerat intentionem finis. Unde alia glossa dicit ibidem quod thesaurus cordis intentio est: ex qua deus iudicat opera. bonitas enim intentionis (vt dictum est) redundat quodammodo in bonitatem voluntatis: que facit etiam exteriorem actum apud deum meritorium. ¶ Ad secundum dicendum, quod sola bonitas intentionis non est tota causa bone voluntatis. vnde ratio nō sequitur. ¶ Ad tertium dicendum, quod sola malitia intentionis sufficit ad malitiam voluntatis, et ideo etiam quantum mala est intentio tantum etiam mala est voluntas: sed non est eadem ratio de bonitate: vt dictum est.

¶ Utrum bonitas voluntatis dependeat ex cōformitate ad voluntatem diuinam. Articulus nonus.

1. di. 48 ar. 1. Et vi. q. 23. ar. 7 cor.

Ad nonum Sic procedit. Uidetur, quod bonitas volūtatis hūane nō dependeat ex conformitate volūtatis diuine. Impossibile est enim voluntatem hominis conformari voluntati diuine: vt patet per id quod dicitur esa. 55. Sicut exaltantur celi a terra, ita exaltate sunt vie mee a viis vestris, et cogitationes mee a cogitationibus vestris. si ergo ad bonitatem voluntatis requireretur conformitas ad diuinam voluntatem sequeretur quod impossibile esset hominis voluntatem esse bonam, quod est inconueniens. ¶ Preterea. Sicut voluntas nostra deriuatur a voluntate diuina, ita scientia nostra deriuatur a scientia diuina: sed non requiritur ad scientiam nostram quod sit conformis scientie diuine. multa enim deus scit que nos ignoramus. ergo non requiritur quod voluntas nostra sit conformis voluntati diuine. ¶ Preterea. Uoluntas est actionis principium: sed actio nostra nō potest conformari actioni diuine. ergo nec voluntas.

Sed contra Est, quod dicitur Matt. 26. Non sicut ego volo, sed sicut tu vis. quod dicit, quia rectum vult esse hominem, et ad deum dirigi: vt August. dicit in ench. Rectitudo autem volūtatis est bonitas eius. ergo bonitas voluntatis dependet ex conformitate ad voluntatem diuinam.

Respondeo Dicendum, quod sicut dictum est, bonitas voluntatis dependet ex intentione finis: finis autem vltimus voluntatis humane est summum bonum quod est deus vt supra dictum est. Requiritur ergo ad bonitatem humane volūtatis quod ordinetur ad summum bonum: hoc autem bonū primo quidē et per se cōparatur ad voluntatem diuinam, vt obiectum proprium eius: illud autem quod est primum in quolibet genere est mensura et ratio omnium que sunt illius generis. vnumquodque autem rectum et bonum est inquantum attingit ad propriam mensuram. ergo ad hoc quod voluntas hominis sit bona, requiritur quod conformetur voluntati diuine.

Ad primum Ergo dicendum, quod voluntas hominis non potest conformari voluntati diuine per equiparantiam: sed per imitationem, et similiter conformatur scientia hominis scientie diuine inquantum cognoscit verum, et actio hominis actioni diuine inquantum est agenti conueniens, et hoc per imitationem, non autem per equiparantiam. ¶ Unde patet solutio ad scd̄m et ad tertiū argumentū.

¶ Utrum necessarium sit voluntatem humanam cōformari voluntati diuine in volito ad hoc q̄ sit bona. Arti. 10.

1. q. 19. ar. 2. ad 3. et 22. q. 104. ar. 4. ad 3. 21. dist. 48. ar. 3 et 4. Et vi. q. 23. ar. 7 et 8. Et opusc. 9. q. 87.

Ad decimum Sic p̄ceditur. Uidetur, q̄ voluntas hominis nō debeat semper conformari diuine voluntati in volito. Non enim possumus velle q̄ ignoramus, bonum enim apprehensum est obiectum voluntatis: sed quia deus velit ignoramus in plurimis. ergo non potest humana voluntas diuine voluntati conformari in volito. ¶ P̄. Deus vult damnare aliquem quem prescit in mortali peccato moriturum. si ergo homo teneretur conformare voluntatē suam diuine voluntati in volito, sequeretur q̄ homo teneretur velle suam damnationem: quod est inconueniens. ¶ P̄. Nullus tenetur velle aliquid quod est contra pietatem, sed si homo vellet illud q̄ deus vult, hoc esset quandoq̄ cōtra pietatem: puta cū deus vult mori patrem alicuius, si filius hoc idem vellet cōtra pietatem esset. ergo non tenetur conformare voluntatem suam voluntati diuine in volito.

Sed contra Est, quia super illud psal. Rectos decet collaudatio, dicit glos. Rectum cor habet qui vult quod deus vult. sed quilibet tenetur habere rectum cor. ergo quilibet tenetur velle quod deus vult. ¶ Preterea. Forma voluntatis est ex obiecto sicut et cuiuslibet actus. si ergo tenetur homo conformare voluntatem suam voluntati diuine requiritur q̄ teneatur conformare in volito. ¶ Preterea. Repugnantia volūtatum consistit in hoc quod homines diuersa volunt: sed quicunq̄ habet voluntatem repugnantem diuine voluntati habet malam voluntatem. ergo quicunq̄ non conformat voluntatem suam voluntati diuine in volito habet malam voluntatem.

Respondeo Dicendum, quod sicut ex p̄dictis p3, voluntas fertur in suum obiectum secundū quod a ratione proponitur. contingit autem aliquid a ratione considerari diuersimode: ita quod sub vna ratione est bonum, et secundum aliam rationem non bonum. et ideo voluntas alicuius velit illud esse secundum quod habet rationem boni est bona, et volūtas alterius si velit illud idem non esse, secūdum quod habet rationem mali erit voluntas et bona. sicut iudex h3 bonā voluntatem dū vult occisionē latronis, q2 iusta est. volūtas aūt alteri9 puta vxoris vel filii, q̄ vult nō occidi ipsum inquantū est scd̄m naturā mala occisio, est etiam bona. cum autem voluntas sequatur apprehensionem rationis vel intellectus, scd̄m q̄ ratio boni apprehensi fuerit communior, sm̄ hoc et voluntas fertur in bonum cōmunius: sicut patet in exēplo proposito. nam iudex habet curam boni communis quod est iustitia: et ideo vult occisionem latronis que habet rationem boni secundum relationem ad statum communem. vxor autem latronis considerare habet bonum priuatum familie: et secundum hoc vult maritum latronem non occidi. bonum autem totius vniuersi est id quod est apprehensum a deo qui est vniuersi factor et gubernator. vnde quicq̄d vult: vult sub rōne boni communis quod est sua bonitas q̄ est bonum totius vniuersi. Apprehensio autem creature sm̄ suam naturam est alicuius boni particularis p̄portionati sue nature. contingit autem aliquid esse bonum sm̄ rationem particularem quod non est bonum sm̄ rationem vniuersalem: aut econuerso: vt dictum est. Et ideo cōtingit q̄ aliqua voluntas est bona volens aliquid sm̄ rationē particularem consideratum, quod tamen deus non vult scd̄m rationem vniuersalem: aut econuerso. Et inde est etiam q̄ possunt diuerse voluntates diuersorum hominum circa opposita esse bone: prout sub diuersis rationibus particularibus volunt hoc esse vel non esse. Non est autem recta voluntas alicuius hominis volentis aliquod bonum particulare: nisi referat illud in bonum cōmune, sicut in finem: cum etiam naturalis appetitus cuiuslibet partis ordinetur in bonum commune totius. ex fine autem sumitur quasi formalis ratio volendi illud quod ad finem ordinatur: vnde ad hoc quod aliquis recta voluntate velit aliquod particulare bonum, oportet quod illud particulare bonū sit volitum materialiter, bonum autem cōmune diuinū sit volitū formaliter. Uoluntas igitur humana tenetur conformari diuine volūtati in volito formaliter: tenetur enim velle bonum diuinum et commune. sed nō materialiter rōne iā dicta. Sz tn̄ q̄ntū ad

intētione nō cōstituit quātitatē bonitatis in actu. In quo enim nō ponitur bonitas/ in eo nec quantitas illius cogitari pōt/ et hec est intētio litere.

¶ Super arti. 9.

In art. 9. Circa illa verba/ ad bonitatē volūtatis humane requirit q̄ ordinetur in summū bonū. memēto q̄ ordinari in summū bonum cōtingit tripl'r. Uno modo in cōi/ et hoc commune est bonis et malis: quilibet enim pp̄ter aliq̄d operatur apparens sibi summū bonū. Alio modo in speciali confuse tamen: sicut si quis nesciens in quo consistat summū bonum puta in visione dei vel in deo/ operetur pp̄ter summum bonum q̄ in veritate est summum bonum: et hoc potest cōuenire bonis. Tertio modo in speciali et distincte: vt si quis operari intēdit propter deum cognoscendū/ amandum etc. Et hoc etiam contingit dupliciter: puta propter cognitionem amorē q̄ etc. ad que natura potest: et ad que gratia dei eleuat. In proposito igitur ad bonitatem voluntatis humane requiritur quod ordinetur ad summum bonum nō apparenter sed quod in veritate ad summum confuse vel distincte naturaliter vl supernaturaliter secundum statum persone. Quod dico propter gentiles et ignorantes. Si enim secundum proportionem concessi sibi luminis in verum summum bonum ordinent actiōes suas bone moraliter erunt. Et si nō non.

¶ Super arti. 10.

In artic. 10. Iungito verba in respōsione ad primum verbis in corpore articuli et memor supradictorum in arti. 6. q. prime aduerte q̄ q2 velle aliquid sub rōne boni est velle illud pp̄ter summū bonū. Ideo dicitur q̄ voluntas volens aliquid sub ratione boni est conformis diuine voluntati in volito formaliter: q̄ est velle propter diuinum et com-

Universidad de Deusto Biblioteca

Rune bonū. Sȝ caue ne ꝓpterea dicas oēm volūtatē semp ꝯformari diuine in volito formalr: qꝛ null⁹ opaꝛ aspiciēs ad malū: sȝ ad aliquā boni rōnē. Et ꝯñr volūtas mala cōformaꝛ diuine volūtati in volito formalr. hoc eīm falsum est: lȝ eīm voluntas q̄tūcūq mala inquantū habet aliq̄d boni sit cōformis diuine volūtati: ac p hoc possit ꝼm q̄d dici ꝯformis diuine volūtati in volito formalr: sicut pōt ꝼm q̄d dici bona: simplr tñ illa sola volūtas est conformis diuine voluntati in volito formalr que sub rōne boni nō apparētis sed veri exerceꝛ. Ad hanc enim conformitatem tenemur cuȝ illa q̄ est ꝼm boni rōnē siue veri siue apparētis nati sumus. In hac persistere virtutis opus est.

¶ Super. q. 20. ar. 1.

Circa q̄ōnis 20. articulū primū diligēter notato terminos tituli. s. actū volūtatis actuȝ exteriorē ꝛ prioritatē bonitatis moralis. Act⁹ volūtatis sumi pōt duplr. Uno mō ꝼm se. Alio mō vt est forma seu cōditio actuū exterioꝝ humanoꝝ: hic sumiꝛ ꝑmo mō. silr act⁹ exterior sumiꝛ triplr. pmo ꝼm id p̄cise q̄d hȝ a poᵃ executiua a re tpe loco seclusa obedientia volūtatis. Et sic cum non sit capax bonitatis vel malitie moralis: q̄m hec circa voluntaria tm̄ fiūt: non sumiꝛ. Alio mō sumitur vt est cōpositū ex supradictis ꝛ actu volūtatis ita ꝙ ex ipso ꝛ voluntatis actu fit vn⁹ numero act⁹: et sic ēt nō sumiꝛ hic: esset eīm ꝯparatio ptis ad totū ꝛ econuerso. Tertio mō sumiꝛ ꝼȝ id q̄d hȝ ex se ꝛ q̄d participat ex actu volūtatis: ita ꝙ distinguaꝛ act⁹ exterior volūtarius ꝯ ip̄m actū volūtatis in se: q̄cq̄d sit illud q̄d significat ly voluntari⁹/ꝛ hoc mō sumiꝛ in ꝓposito vbi comparaꝛ actus exterior humanus actui interiori volūtatis in se cui pri⁹ conueniat bonitas moralis/ et est sermo de prioritate nature/ꝛ exteriori a voluntate: actus enim intellectus hoc in loco actus exterior vocatur: currit enim cursu aliorum a voluntate.

¶ In corpore eiusdeȝ articuli: aduerte primo diligenter quod sicut de ceteris rebus tractando de rebus doctrinam facimus existentibus tempore suo in rerum natura. Et tamen easdem in abstractione concepta discutimus et examinamus: et ea que de illis quanuis abstracte conceptis ꝼm se vera depreheđim⁹/in eisdē i reꝝ nā inētis verificam⁹: vt patet inductiue: ita de actib⁹ hūanis exterioꝛib⁹ loquēdo intellige/ꝙ act⁹ tal: puta vti re sua qñ oȝ vbi oȝ ꝛc. ē ꝼm se act⁹ formalr bon⁹ moralr ex gñe ꝛ circūstātijs: sicut sapere videre ꝛc. sūt q̄dā ꝼm se formalr bona trāscēdēter: ꝛ ꝙ positi i reꝝ nā hmōi act⁹ sūt ēt formalr boni: nec ē alia bonitas q̄ est bonus act⁹ abstracte ꝯcept⁹/ꝛ act⁹ i reꝝ nā posit⁹: sicut nō ē alia hūanitas q̄ hō abstracte ꝯcept⁹ ē hō: ꝛ q̄ hō posit⁹ i rerū nā est hō: sed bene est ali⁹ eēndi modus: qꝛ in rerū nā ꝛ in abstractiōe. Scito scđo ꝙ aliud est loqui de actib⁹ absolute: aliud vt sunt obta: aliud vt sunt in rerū nā aliud vt sunt in ei equutione. Que eīm ꝯueniūt alicui absolute cōueniunt in rerū nā nisi cōueniāt nō repugnāter: vt alibi dictū est. que aūt cōueniunt vt obta sunt ꝛ q̄ vt i executiōe sunt habitudines ipoꝛtāt ad ea q̄ꝝ sunt oba: ꝛ a q̄b⁹ fiūt ꝛc. P̄libata aūt volui hec eē vt itelligas ꝑmo ꝙ act⁹ exterior ꝓbi gr̄a/vti re sua absolute est formalr bonus moralr: ac p hoc posit⁹ in rerū nā est ēt formalr bon⁹ moralr ꝛ posit⁹ in esse obiuo volūtatis nr̄e est bonus ēt obiue: ꝛ posit⁹ in exequutiōe est effectus bonus. Scđo ꝙ qꝛ idem est loqui de cōditionib⁹ ꝼm se rei absolute ꝛ in rerū natura non distinguas inter bonitatē moralem actus exterioris ꝼm se ꝛ vt in rerū natura: sed ꝓ eodem cōputes: ac p hoc quūȝ dr ꝙ bonitas ex mā ꝛ circūstantijs pri⁹ cōuenit actui extra ꝼm se q̄ volūtati intelligas ꝙ prius cōuenit hmōi bonitas actui exteriori in reruȝ nā q̄ volūtati. Et cū hijs intelligas tertio q̄d pri⁹ cōuenit bonitas ista actui exteriori obiue q̄ i exequutione: ꝛ sic pri⁹ conuenit hec bonitas actui exteriori ꝼm se: ac p hoc in reruȝ nā absolute. scđo ipsimet obiue. tertio actui voluntatis cui obijciꝛ. quarto ipsimet i exequtione: sicut sanitas ꝑmo cōuenit animali siue abstracte ꝯcepto/siue in rerū nā: deinde cōuenit medicine et q̄buscūq alijs. Scito quarto ꝙ si q̄ras rōnes q̄re bonitas act⁹ exterioris ex mā ꝛ circūstātijs prius conuenit ipsi q̄ voluntati: in litera tāgitur duplex ratio. Prima est quia conuenit ipsi p se/ꝛ consequenter voluntati per ipsam: non enim ideo tollere aliena est malus actus moraliter quia velle hoc est malum sed

vtrunque, aliquo modo voluntas humana conformatur volūtati diuine: qꝛ scđm quod conformatur voluntati diuine in communi ratione voliti, cōformatur ei in fine vltimo: scđm aūt ꝙ non cōformaꝛ ei in volito materialiter, cōformaꝛ ei scđȝ rōnē cāe efficiētis: quia hāc ꝓpriā iclinationē cōsequentē nāȝ vel apprehēsionē particularē huius rei habet res a deo sicꝫ a cā effectiua. vñ consueuit dici ꝙ cōformaꝛ quātum ad h̄ volūtas hoīs volūtati diuine: qꝛ vult hoc q̄d deus vult eū velle. Est ꝛ alius modus cōformitatis, scđȝ rōnē cause formalis vt scȝ homo velit aliq̄d ex charitate sicut deus vult: ꝛ ista ēt conformitas reducitur ad conformitatem formalem, que attēditur ex ordine ad vltimum finem, quod est proprium obiectū charitatis.

Ad primū Ergo dđm, ꝙ volitum diuinum, scđm rōnem cōeȝ quale sit scire possum⁹. Scimus eīm ꝙ de⁹ q̄cq̄d vult, vult sub rōne boni: ꝛ iō q̄cūq vult aliq̄d sub quacūq rōne boni hȝ volūtatē cōformē volūtati diuine quātū ad rōnem voliti: sȝ in pticulari nescim⁹ q̄d deus velit: ꝛ quātū ad h̄ nō tenemur cōformare volūtatē nostrā diuine voluntati. in statu tñ glorie oēs videbunt in singulis que volent ordinē eorū ad id quod deus circa hoc vult: ꝛ ideo non solū formaliter, sed materialiter in oīb⁹ suā voluntatem deo conformabunt. ¶ Ad scđm dđm, quod deus non vult damnationem alicuius sub ratione damnationis, nec mortem alicuius inquantum est mors: quia ipse vult omnes homines saluos fieri: sed vult ista ratione iustitie. vnde sufficit circa talia ꝙ homo velit iustitiam dei ꝛ ordinem nāe seruari. ꝶ Unde patet solutio ad tertiuȝ.

Ad primū Uero quod in cōtrariū obijciebatur dicenduȝ, quod magis vult q̄d deus vult q̄ cōformat volūtatē suam voluntati diuine quantū ad rationem voliti, quā q̄ conformat quātū ad ipsam rem volitam: qꝛ volūtas principali⁹ fertur in finem quā in id q̄d ē ad finē. ¶ Ad secundum dicendum, ꝙ spēs ꝛ forma actus magis attenditur scđm rationē obiecti quā scđm id quod ē materiale in obiecto. ¶ Ad 3^m dđm, ꝙ nō ē repugnātia volūtatū qñ aliqui diuersa volunt non ꝼm eandē rōnē: sed si sub vna rōne esset aliq̄d ab vno volitū q̄d alius nollet, hoc induceret repugnantiam voluntatum. q̄d tamen non est in proposito.

¶ De bonitate ꝛ malitia exteriorum actuū humanorum. Questio 20.

Deinde Cōsiderādū est d̄ bonitate ꝛ malitia quātum ad exteriores act⁹. ¶ Et circa hoc queruntur sex. ꝶ Primo, vtruȝ bonitas ꝛ malitia per prius sit in actu volūtatis, vel i actu exteriori. Scđo, vtrum tota bonitas vel malitia actus exterioris depēdeat ex bonitate voluntatis. Tertio, vtrū sit eadem bonitas ꝛ malitia interioris ꝛ exterioris act⁹. Quarto, vtrū actus exterior addat de bonitate vl malitia supra actū interiorē. Quinto, vtruȝ euentus sequēs aliq̄d addat de bonitate vel malitia ad actum exteriorem. Sexto, vtruȝ ideȝ act⁹ exterior possit esse bon⁹, et malus.

¶ Utrum bonitas vel malitia per prius sit in actu volūtatis vel i actu exteriori. Art. 1.

Ad primum Sic pceditur Uidetur, quod bonum ꝛ malū per prius consistat in actu exteriori quam in actu voluntatis. Uoluntas enim habet bonitatem ex obiecto: vt supra dictum est: sed actus exterior est obiectum interioris actus voluntatis: dicimur enim velle furtum, vel velle dare eleemosynam. ergo malum et bonum per prius est in actu exteriori quā in actu voluntatis. ¶ Preterea. Bonum per prius conuenit fini: qꝛ ea que sunt ad finem habent rationem boni ex ordine ad finē: actus autem volūtatis non potest esse finis: vt supra dictum est: actus autem alterius potentie potest esse finis. ergo per pri⁹ cōsistit bonum in actu potētie alterius, quā in actu voluntatis. ¶ Preterea. Actus volūtatis formaliter se habet ad actuȝ exteriorem, vt supra dictum est: sed id quod est formale ē posterius: nam forma aduenit materie: ergo per prius est bonū ꝛ malū in actu exteriori, quam in actu voluntatis.

Sed ꝯtra Est, ꝙ Aug. dicit in lib. retractationū: q̄d volūtas est qua peccatur ꝛ recte viuitur. ergo bonum ꝛ malum morale per prius consistit in voluntate.

Rñdeo Dicēdum, ꝙ aliqui actus exteriores possūt dici boni vel mali dupliciter. Uno modo secundum genus suum, ꝛ secūdum circūstantias in ipsis cōsideratas. sicut dare eleemosynam seruatis debitis circūstātijs dicitur esse bonum. Alio modo dicitur aliq̄d esse bonū vel malum ex ordine ad finem: sicut dare eleemosynam propter inanem gloriā dicitur esse malum. cum autem finis sit proprium obiectū voluntatis, manifestum est ꝙ ista ratio boni vel mali quā habet actus exterior ex ordine ad finem per prius inuenitur in actu voluntatis: ꝛ ex eo deriuatur ad actum exterioreȝ. bonitas auteȝ vel malitia quā habet actus exterior ꝼm se propter debitam materiam ꝛ debitas circunstantias, non deriuatur a voluntate: sed magis a ratione. vnde si consideretur bonitas exterioris actus ꝼȝ ꝙ est in ordinatione ꝛ apprehensione rationis, prior est q̄ bonitas actus voluntatis: sed si consideretur secundum quod est in executione operis sequitur bonitatem voluntatis que est principium eius.

Ad primum Ergo dicendum, ꝙ actus exterior est obiectum voluntatis inquantum proponitur voluntati a ratione vt quoddam bonum apprehensum ꝛ ordinatum per rationem. ꝛ sic est prius quā bonū actus voluntatis: inquantum vero consistit in executione operis est effectus voluntatis: ꝛ sequitur voluntatem. ¶ Ad scđm dicenduȝ, ꝙ finis est prior in intentione, sed est posterior in executione. ¶ Ad tertiū dđȝ, ꝙ forma ꝼm ꝙ est recepta in mā est posterior via gñatiōis q̄ mā lȝ sit prior nā: sȝ ꝼm ꝙ est in cā agente est oīb⁹ modis prior: voluntas autē comparatur ad actum exteriorem, sicut cā efficiens: vnde bonitas actus voluntatis est forma exterioris actus sicut in causa agente existens.

¶ Utrum tota bonitas ꝛ malitia exterioris actus depēdeat ex bonitate volūtatis. Ar. 2.

Ad scđm Sic procediꝛ. Uideꝛ ꝙ tota bonitas ꝛ malitia actus exterioris depēdeat ex volūtate. dicit eīm Mat. 7. Nō pōt arbor bona malos fructus facere, nec arbor mala facere fructus bonos: per arborem autē intelligitur volūtas, ꝛ per fructum opus, ꝼm glo. ergo non pōt esse ꝙ volūtas interior sit bona, ꝛ actus exterior sit malus, aut econuerso. ¶ P̄. Augu. dicit in lib. retractationū ꝙ nō nisi volūtate peccatur. si ergo nō sit peccatū in volūtate, non erit peccatū in exteriori actu ꝛ iō tota bonitas vel malitia exterioris act⁹ ex volūtate dependet. ¶ P̄. Bonū ꝛ malum de quo nūc loquimur sunt differētie moralis actus. drie auteȝ per se diuidunt genus ꝼm p̄hm in. 8. meta. cum igitur actus sit moralis ex eo ꝙ est voluntarius, videꝛ ꝙ bonū ꝛ malum accipiꝛ in actu solū ex parte voluntatis.

Sed contra Est, ꝙ Aug. dicit in li. contra mēdaciū, ꝙ quedā sunt que nullo quasi bono fine aut bona voluntate possunt bene fieri.

Rñdeo Dicēdū, ꝙ sicut iā dictū est in exteriori actu pōt considerari duplex bonitas vel malitia. Una ꝼm debitā mām ꝛ circūstātias. Alia ꝼm ordinē ad finē. Et illa q̄dē que est ꝼm ordinem ad fineȝ tota dependet ex voluntate: illa autē q̄ est ex debita mā vel circūstantijs depēdet ex ratione. ꝛ ex hac depēdet bonitas voluntatis ꝼm ꝙ in ipsam fertur. ¶ Est aūt cōsiderandum ꝙ sicut supra dictū est, ad hoc ꝙ aliq̄d sit malū sufficit vnus singularis defectus: ad hoc autē ꝙ sit simplr bonum non sufficit vnum singulare bonū, sȝ requiritur integritas bonitatis: si igitur voluntas sit bona ꝛ ex obiecto proprio: ꝛ ex fine, ꝯñs est actum exteriorē esse bonum, sȝ non sufficit ad hoc ꝙ actus exterior sit bonus, bonitas volūtatis que est ex intentione finis: sed si voluntas sit mala siue ex intentione finis, siue ex actu volito, cōsequens est actum exteriorem esse malum.

Ad primū Ergo dđm. ꝙ volūtas bona: put significaꝛ p arborem bonam est accipienda ꝼm ꝙ hȝ bonitatem ex actu volito, ꝛ ex fine intento.

¶ Ad ꝼm dđm, ꝙ non solum aliquis volun

sed ecōuerso: qꝛ hoc est malū moraliter/ideo voluntas eius est mala. Scđa est: quia hec bonitas pendet a rōne ꝛ nō a volūtate: sed q̄uo hoc verū sit in sequēti tractabitur arti. Et q̄d reliquū est. s. q̄uo bonitas act⁹ ꝓpria exterioris in executione sit a voluntate in. 3. art. tractabitur.

¶ Super arti. 2.

In titulo. 2. ar. statim dubiū occurrit q̄uo post determinationē ꝙ bonitas aliqua prius conuenit actui exteriori q̄ volūtati: dubitari rite pōt/an tota eius bonitas pendeat ex volūtate. Si eīm ꝑus actui cōuenit q̄ volūtati aliq̄ bonitas liq̄t ꝙ illa nō pēdet a volūtate: prius. n. nō depēdet a posteriori: ac p h̄ ꝯstat ꝙ non tota bonitas actus exterioris pēdet ex volūtate. Nulla ergo ē hic rōnabilis questio. ¶ Ad hoc dr ꝙ quia act⁹ exterior voluntarius claudit in se depēdentiam a volūtate. Ideo stat ꝙ bonitas prius ꝼm naturā insit ipsi actui humano exteriori q̄ voluntati: adhuc restat ambiguū an etiā illa bonitas q̄ prius ei cōuenit depēdeat a volūtate: lȝ. n. prius nō dependeat a posteriori: q̄d tñ prius inest alicui pōt depēdere ab eo cui posteri⁹ inest. Et est sile si conclus ꝙ sanū prius i est aīali q̄ medicine queratur an sanitas aīalis depēdeat a medicina. ¶ Circa doctrinam in corpore eiusdē secūdi articuli traditam dubiū occurrit q̄drupler. Primo qꝛ sicut bonitas ex materia ꝛ circūstātijs est ex rōne ita bonitas finis: neq. n. finis neq actus q̄cūq pertinet ad genus moris nisi vt stat sub ordine rationis. Rō ergo est cā oīs bonitatis: vtraq ergo bonitas debuit in rōnē reduci: ꝛ nō altera in volūtatē ꝛ altera in rōnē vt in litera fit. ¶ Secūdū dubiū est: qꝛ aut hic sermo est de actu exteriori absolute aut vt est in exequutione. Si absolute: quū sic preueniat voluntatem vt obiectum/nihil aliud est dicere ꝙ bonitas actus exterioris nō est a volūtate q̄ dicere ꝙ bonitas obiecti volūtatis nō est a volūtate: ꝛ quum hoc cōe sit vtriq volūtatis obo. s. fini ꝛ actui extrinseco: debuit de vtroq̄ dici ꝙ nō depēdet a volūtate: ꝛ nō dispar iudiciū ꝓferri: vt in litera fit. Si aūt vt est effect⁹ volūtatis quū bonitas vtraq ex obis ad actū volūtatis/ꝛ ex actu volūtatis in actū exteriorē imperatū ꝛ factū deuenerit: par q̄q debuit ꝓferri snia ꝙ vtraq. s. est a volūtate depēdēte ab obiecto sub rōne: ꝛ nō sicut in lr̄a fit/altera tm̄ bōitas i volūtatē r̄duci. ¶ Tertiū dubiū est: qꝛ quū vna circūstātia ꝑ act⁹ exterioris sit fin: opȝ ꝙ bonitas act⁹ exterioris ex gñe ꝛ circūstātijs d̄pēdeat a volūtate: q̄m ab ea dependet bonitas ex fine vt i lr̄a dr. Est ergo iplicatio dicere ꝙ bonitas act⁹ exterioris ex fine depēdet a volūtate: ꝙ bonitas eius ex gñe ꝛ circūstātijs nō depēdet ex ea. Claudiꝛ eīm i hac bōitas ex fine. ¶ Quartū dubiū ē directe ꝯ bonitatē actus exterioris i executiōe: qꝛ quū respectu volūtatis obm ꝛ finis coincidāt: vt dcīm est act⁹ exterior obꝫs volūtati opȝ ꝙ sit ei⁹ finis: ac p volūtas sit bona ex eo sicut ex fine. Ex tūc sic: bonitas ex fine i actu exteriori pēdet tota ex volūtate: qꝛ finis est obm ꝓpriū volūtatis. Sȝ bonitas act⁹ exterioris est bonitas ex fine: qꝛ act⁹ exterior obm ꝛ finis est volūtatis: ḡ tota bonitas actus exterioris pēdet ex volūtate: ꝛ idē est iudiciū d̄ vtraq bōitate. ¶ Ad primū hoꝝ dr ꝙ hic nō cōparaꝛ finis actui exteriori: vt argumentū credit. Sȝ cōparaꝛ bonitas vel malitia ex fine i actu exteriori inuēta/bonitati vel malitie ex genere ꝛ circūstātijs in codē existenti. verbi gr̄a i hoc actu vti re sua qñ opȝ ꝛc. pp bonū p̄rie inueniꝛ duplex bōitas. s. ex fine: qꝛ pp bonū p̄rie: ꝛ ex gñe ꝛ circūstantijs: qꝛ re sua qñ opȝ ꝛc. ꝛ fit hic ꝯparatio eaꝝ: ꝛ dr ꝑmo ꝙ bonitas ex fine i hmōi actu inuēta pēdet p se ex iteriori actu volūtatis: qꝛ finis ex hoc ꝙ ē ꝓpriū volūtatis solius obm cōfert iter actus actui volūtatis ꝑmo bonitatē suā ita ꝙ volūtatꝭ act⁹ ē ꝑmo bon⁹ tali bōitate: ꝛ p ip̄m talis bonitas cōuenit cuicūq ꝯuenit: ꝛ cōsequēter actus humanus exterior ꝓfatus hȝ ꝙ sit tali bonitate bon⁹ ex actu interiori volūtatis. Dꝛ scđo ꝙ bonitas ex genere ꝛ circūstātijs in eodē actu inuēta nō pēdet ex volūtate: qꝛ nō iō hic actus est sic bonus quia velle ipsum est bonū: sed econuerso: sed pendet ex rōne: inter potētias eīm anime principia moralis bonitatis vel malitie sunt rō vel volūtas. Si ḡ volūtas nō est p se cā hui⁹: relinquiꝛ ꝙ rō sit. Et reuera rō est p̄ncipiū nō solū hui⁹ sȝ ēt oīs bonitatis ꝛ malitie moralis: qꝛ ē p̄ncipiū toti⁹ esse moralis: sȝ qꝛ bonitas inuenta in exteriori actu ex fine pēdet nō solum ex rōne/sȝ etiaȝ p se ex volūtate interiori/ex gñe aūt ꝛ circūstātijs ex rōne solum: ideo illa in volūtatē vt proximam per se causam: hec in rationē deducta est. ¶ Ad ꝼm dr: ꝙ lȝ hic sermo sit de actu exteriori simplr ꝛ non restricto ad executionem: tñ iungendo ipsum cū dictis in articulo p̄cedēti pōt dici ꝙ hic est sermo de actu exteriori vtroq mō: vt in litera patet. Et quū cōtra primū mēbrū obijciꝛ: rñdeꝛ primo ꝙ non est idē loq̄ de actu exteriori absolute/ꝛ vt obiectuȝ est volūtatis: ꝛ ꝯñr ñ est ideȝ dicere actus exterior est ꝼm se bonus vel malus/ꝛ nō ex volūtate: ꝛ dicere ꝙ obiectū volūtatis est bonū ꝼm se ꝛ non ex voluntate. Actus eīm exterior ꝼm se abstrahit ab obiecto ñ obiecto voluntatis. Dicitur secūdo ꝙ hic etiā incidit error sicut in priori dubio qꝛ nō fit compatio obti ad obiectū: puta act⁹ exterioris ad finē: sȝ bonitatis actus ex fine ad bonitatē eiusdē ex genere ꝛ circūstantijs: vnde dato ꝙ idē sit iudiciū de bonitate actus et finis ꝙ. s. neutra pēdet ex voluntate: non tñ est idem iudicium de bonitate ex fine participata in actu ꝛ bonitate eiusdem ꝼm genus ꝛ circunstantias quia illa ex voluntate/hec non pendet: et hoc fit in litera.

¶ Tertio dicitur ꝙ si cōpareꝛ obiectum ad obiectū adhuc aliq̄d singulare insinuareꝛ i actu q̄d nō i fine: dicēdo ꝙ bonitas actus extrinseci obi nō est ex volūtate: qꝛ hoc obm differt a fine duplr. Prio qꝛ ē actio quedā. Scđo qꝛ est depēdēs a volūtate: est ei act⁹ human⁹: finis āt nec depēdēs aliq̄d a volūtate nec actionē aliquā exprimit: vñ dicere de actione a volūtate depēdēte: ꝙ nec depēdet in propria bonitate ab actu interiori volūtatis aliq̄d annotatione dignū est: nō sic de fine: q̄m liquidū est. Ad id vero q̄d ꝯ scđm mēbrū obijciꝛ dr: ꝙ lȝ act⁹ exterior in executione habeat bonitatē vtrāq ex volūtate. Et volūtas ab obiectis: dissilr tñ hoc fit: qꝛ bonitas ex fine descēdit in actū interiorē volūtatis p se ꝛ formalr. In actū ꝟo exteriorē in executiōe denominatiue tm̄: bonitas vero ex gñe ꝛ circūstantia ex obo deriuaꝛ in actū interiorem denoīatiue tm̄: ꝛ p eū in actū exteriorē formalr: sicut ex sano in animali: denominaꝛ medicina sana qua aīal fit sanū formalr. vñ non est de vtraq bonitate eadē rō ēt in executiōe. Et ad hoc insinuādū in lr̄a de scđa bonitate dr ꝙ volūtas ꝼm ꝙ in rōnē ferꝛ hȝ hāc bonitatē: quasi nō habeat ipsam simplr: sed in ordine ad aliud: sicut cōiter accidit in hmōi denominationib⁹. Sed tūc insurgit q̄d mota in 4º dubio: quare bonitas vocata ex fine inest volūtati formalr: ꝛ vocata ex obiecto nō: precipue quū obm ēt sit finis volūtatis: ꝛ hec q̄d solueꝛ in solutione quarti dubij. ¶ Ad tertiū ergo dubiū dr: ꝙ si posset separi bonitas alicuius finis vt circūstātia est a bonitate eiusdē vt specificās respectu eiusdē act⁹. facile dici posset distinguēdo ꝙ finis vt circūstātia spectat ad bonitatē act⁹ exterioris ex gñe ꝛ circūstātijs: finis autē vt specificās spectat ad volūtatē: ꝛ sic nō esset implicatio dicere ꝙ bonitas ex fine in actu exteriori pēdet ex volūtate: ꝛ ꝙ bonitas ex gñe ꝛ circūstātijs ēt finis nō pēdet ex volūtate: qꝛ in p̄ria ꝓpositione ecīt sermo de bonitate ex fine specificāte actū exteriorē formalr sumptū. In scđa vero de bonitate ex fine ꝛ circūstātia eiusdē mālr sumpti. Sed qꝛ intelligi nō pōt ꝙ idē numero actus exterior moralis sit talis mālr sumptus ex aliquo fine vt circūstātia ꝛ nō sit talis formalr sumpt⁹ ex eodē fine vt specificāte: nō eīm si qs orat vt fureꝛ intelligi pōt ꝙ oratio sit mala ex furto circūstātia: ꝛ oratio vt volita sit nō mala ex furto specificāte. Et rursus qꝛ finis vt finis lȝ adiūctus est circūstātia actus exterioris moralis vt ex supradictis pȝ: ꝛ finis vt finis est obiectū ꝓpriū voluntatis: ideo dicendum est ꝙ bonitas ex fine siue circunstante: siue specificante media voluntate ad exteriorem actum pertinet: ita ꝙ actus exterior nō habet bonitatem ex fine circunstante nisi dependēte a voluntate: ꝛ bonitas ex fine deriuaꝛ in actum interiorem voluntatis specificatiue ꝛ formaliter: in actum vero exteriorem formaliter sumptuȝ idest vt stat sub interiori: specificatiue quoq sed secūdario: in eundē autem materialiter sumptum vt adiacēs circūstantia. Quū ergo cōparatur bonitas act⁹ exterioris ex fine ad bonitatē eiusdē ex genere ꝛ circunstantijs: intellige ex circunstantijs manentibus pure circunstantijs qualis non est circunstantia finis. quia vt superius est

tate peccat quando vult malum finem: sed etiam quando vult malū actū. ¶Ad tertiū dōm, q̄ voluntarium dr̄ nō solū actus voluntatis sed ēt actus exteriores, prout a voluntate procedunt z ratione. z ideo circa vtrosq3 actus potest esse dr̄ia boni z mali.

¶Utrum bonitas z malitia sit eadem exterioris z interioris actus. Arti.3.

Ad tertiū sic proceditur. Uidetur q̄ non eadem sit bonitas vl' malitia actus interioris voluntatis z exterioris actus. Actus enim interioris principium est vis anime interior apprehēsiua vel appetitiua. actus autem exterioris principiū est potētia exequēs motum: vbi autem sunt diuersa principia actionis, ibi sunt diuersi actus: actus autez est subiectum bonitatis, vel malitie. non potest autem esse idem accn̄s in diuersis subiectis. ergo nō potest esse eadē bōitas interioris et exterioris actus. ¶Pꝫ. Uirtus est q̄ bonum facit hn̄tem, z opus eius bonum reddit: vt dicit in.2.ethi. sed alia est virtus intellectualis in potētia imperante, z alia virtus moralis in potētia iperata. vt p3 in pricipio ethi. ergo alia est bonitas actus interioris que est potentie imperantis. z alia est bonitas act⁹ exterioris que est potentie imperate. ¶Pꝫ. Causa z effectus idem esse non possunt: nihil enim est cā suiipsius. sed bonitas actus interioris est causa bonitatis actus exterioris, aut ecōuerso: vt dictum est. ergo non potest esse eadem bonitas vtriusq3. ſ.arti.4. ad.2.

Sed cōtra est, q̄ supra ostēsum est q̄ actus volūtatis se h3 vt formale ad actum exteriorem: ex formali autem z materiali fit vnuz. ergo est vna bonitas actus interioris z exterioris.

Rn̄deo dicēdū, q̄ sicut supra dictū est act⁹ interior voluntatis z actus exterior, prout considerant in genere moris, sunt vnus actus: cōtingit aūt q̄nq3 actum qui est vnus subiecto hr̄e plures rationes bonitatis vel malitie, z q̄nq3 vnaz tantū. Sic ergo dicendum q̄ quandoq3 est eadem bonitas vel malitia interioris actus z exterioris: quandoq3 alia z alia. Sicut enim dictū est predicte due bonitates vel malitie. s. interioris z exterioris actus adinuicem ordinātur. contingit autem in his que ad aliud ordinantur, quod aliquid est bonum ex hoc solum q̄ ad aliud ordinatur: sicut potio amara ex hoc solo est bona quod est sanatiua vnde non est alia bonitas sanitatis z potionis, sed vna z eadem. Quādoq3 vero illud quod ad aliud ordinatur habet in se aliq̄ rationē boni etiam preter ordinem ad aliud bonū sicut medicina saporosa habet rationem boni delectabilis preter hoc q̄ est sanatiua. ¶Sic ergo dicēdū, q̄ q̄n actus exterior est bonus vel malus solum ex ordine ad finem: tunc est oīno eadem bonitas z malitia actus voluntatis que per se respicit finez z actus exterioris, qui respicit finē mediante actu voluntatis. cum autem actus exterior h3 bonitatem vel malitiam ꝑm se. s. ꝑm materiā vel circūstātiam: tunc bonitas exterioris actus est vna z bonitas volūtatis q̄ est ex fine est alia, ita tn̄ q̄ bonitas finis ex volūtate redūdat in actū exteriorē, z bonitas malitie z circūstātiaꝝ redūdat in actū voluntatis sicut iam dictū est.

Ad primū ergo dōm, q̄ rō illa pbat q̄ act⁹ interior z exterior sunt diuersi ꝑm genus nature. s3 tn̄ ex eis sic diuersis constituitur vnum in genere moris, vt supra dictū est. ¶Ad ꝑm dōm, q̄d sicut dicitur in.6.ethi. Uirtutes morales ordinātur ad ipsos actus virtutum qui sunt q̄si fines. prudentia autem que est in ratione ad ea que sunt ad finem, z propter hoc requirūtur diuerse virtutes: sed ratio recta de ipso fine virtutum non habet aliam bonitatem q̄ bonitatem virtutis ꝑm quod bonitas rationis pticipatur in qualibet virtute. ¶Ad tertiū dicēdū, q̄ quando aliquid de vno deriuatur in alteruz sicut ex cā agente vniuoca: tūc aliud est quod est in vtroq3: sicut cum calidum calefacit, alius numero est calor calefacientis z calor calefacti: l3 idem spē. Sed q̄n aliquid deriuatur ab vno in alterū ꝑm analogiam vel proportionem, tunc est tātū vnuz numero: sicut a sano q̄d est in corpore animalis deriuatur sanum ad medicinā z vrinā, nec alia sanitas est medicine z vrine q̄ sanitas aīalis quaz medicina facit z vrina significat. z hoc modo a bonitate voluntatis deriuat bonitas actus exterioris: z econuerso scilicet ꝑm ordinem vnius ad alterum.

¶Utrū actus exterior aliq̄d addat de bonitate z malitia supra actū interiorē. Arti.4.

Ad quartū sic pceditur. Uidet q̄ exterior actus non addat in bonitate vel malitia sup actū interiorem. dicit enim Chryso. super Mat. Uoluntas est que aut remuneratur pro bono, aut condēnatur pro malo. opera autem testimonia sunt voluntatis. non ergo querit deus opera ppter se, vt sciat quomodo iudicet, sed propter alios: vt oēs itelligant qr iustus est deus: sed malum vel bonum magis est estimandum secūdū iudiciū dei q̄ ꝑm iudiciuz hominum. ergo actus exterior nihil addit ad bonitatem vel malitiaz super actū interiorem. ¶Preterea. Una z eadem est bonitas interioris z exterioris act⁹ vt dictum est: sed augmētū fit per additionē vnius ad alterū. ergo actus exterior non addit in bonitate vel malitia super actū interiorē. ¶Preterea. Tota bonitas creature nihil addit supra bonitatem diuinam: qr tota deriuatur a bonitate diuina: sed bonitas act⁹ exterioris quādoq3 tota deriuatur ex bonitate actus interioris: quandoq3 autem econuerso vt dictum est: nō ergo vnum eorum addit in bonitate vel malitia super alterum. ſ.q.24. ar.3.c. Et 22ᵉ. q.76.ā. 4.ad.2. Et.2.d. 40.ar.3. Et mal. q.2.ā.2. ad.8.

Sed contra. Omne agēs intendit cōseq̄ bonū z vitare malū si. ergo per actū exteriorē nihil ad

dictum transit in specificans: z consequenter substantiale.

¶Ad quartū dubiū: anteq̄ rn̄deat aduertendū est q̄ qr querit de diuersitate bonitatis in ipso actu volūtatis ex fine z ex actu volito seu obiecto: z ꝯ hāc diuersitatē arguit. Et hec diuersitas dr̄ ꝯsistere i hoc q̄ bonitas ex fine inest volūtati formal'r: bonitas aūt ex actu volito/ inest ipi volūtati denoiatiue pp rōnē supradictā. s. qr iter act⁹ bonitas ex fine pmo saluat in volūtatis actu cui⁹ finis est ppriuz obm bonitas aūt ex materia z circūstantijs pmo saluat i ipso actu exteriori. Qr ergo hec sūt ꝯnexa. pmo videbit quare finis bonificat volūtatē formal'r: z act⁹ volit⁹ q̄ ē ēt finis: qr obm et finis respectu volūtatis est idē nō bonificat ipaz formal'r s3 denoiatiue. Et sic deinde formaliter satisfiet q̄sito dr̄ ꝯ q̄ qr: vt i art.2.q.p cedētis dcm̄ ē: dr̄ns bonitas actus iterioris volūtatꝫ ex obo z fine p accn̄s inenit in eodē: iō bōitas ex fine q̄ ꝯcurrit p se in est formal'r: bonitas aūt ex obiecto denominatiue. Sed hec rn̄sio peccat ꝑm non cām: vt cām ex hoc eē q̄ dr̄ia duaꝝ bonitatū in actu interiori voluntatis est per accn̄s: nō seqtur q̄ vtraq3 ꝑm se aut altera isit denoiatiue eidē: stat.n. q̄ distō eaꝝ ꝯcurrat p accn̄s in eodē: z tn̄ vtraq3 ꝑm se insit: sicut stat cōcursuz creditoris z debitoris in eādē plateā esse p accn̄s z tn̄ iter vtriusq3 ꝑm se ad illū locū esse. Dr̄ al'r q̄ qr actus exterior in casu pposito nō concurrit sub rōne finis/ s3 obi/ l3 sit finis: imo distinguit ꝯ finē: quū dr̄ bonitas ex fine: z bonitas ex obto: z sola bonitas ex fine sit formal'r in volūtate: qr sola est ex ꝓprio obo vt sic. iō bonitas in actu interiori voluntatis ex fine est formal'r z ex obo est denoiatiue. Et ꝑm hoc oz dicere q̄ q̄n actus exterior est finis dat bonitatē actui interiori formal'r: q̄n vero est obm tm̄ dat bonitatē interiori actui denoiatiue. vt.g. siq̄s vult fornicari nō pp aliū adiūctū finē/ act⁹ interior volūtatis erit i spē fornicatiōis formal'r: qr fornicari ē finis. Siq̄s vo vult fornicari pp furari: tūc actus interior volūtatis erit in duab⁹ spēb⁹. s. in spē furti formal'r: in spē vo fornicatiōis denoiatiue: sed q̄m supius dictū est q̄ volūtas i q̄dcūq3 fert: aut fert sub rōne finis aut pp finē: z q̄n fert in pp finē fert formaliter in finē: iō nō ꝯsonat dicere q̄ actus exterior in casu posito nō est volitus vt finis sed vt obm tm̄: opz.n. vt finē vel pp finē esse volitū: sed nō ppter finē tm̄ qr etiā ꝑm se pp ꝓpriā bonitatē est volitus vn̄ z in ꝓpria reponit spē actū interiorē volūtatis: l3 denoiatiue. ergo. Et cōfirmat qr in.2.ar. pcedētis q̄onis vbi dr̄ q̄ nō differt in volūtate bonitas ex fine z obo: expresse obm ipm vocatur finis: quū subdit nisi sicut finis depēdet ex fine. Aliter ergo distinguēdo de fine z subfine: z q̄ q̄n q̄s vult fornicari vt furet/ furtū est finis/ fornicatio vero subfinis: z q̄ finis facit actū interiorē formaliter talē: subfinis aūt denoiatiue. S3 hec rn̄sio non satisfacit: q̄m ex distōne subfinis a fine nihil aliud apparet sequi nisi q̄ finis principalē locū tenet/ z subfinis secundarium: ac per hoc si finis bonificat formaliter actū interiorē voluntatis: quū subfinis claudat infra latitudinē finis: etiā ipse bonificabit eūdē formal'r l3 secūdario. Al'r ergo occurrit dicendū. Ad cuius euidentiā nota tria. Primū est q̄ sicut sunt duo genera humanoꝝ actuū. s. actus interior volūtatis: z actus volūtatis exterior: ita dantur duo ꝓpria bonificatiua actuū formal'r. s. finis z mā cū circūstātijs. Et finis quidē vt sic bonificatiuus est interioris actus volūtatis: ita q̄ ipse primo est formaliter bonus ex fine: materia aūt cū circūstātijs bonificatiua est act⁹ exterioris voluntarij: ita q̄ ipse primo est formal'r bonus ex materia z circunstātijs. ꝑm est q̄ licet multipl'r cōtingat bōitatē deriuari ex vno i aliud puta sicut ex fine vl' obo seu mā circa quā/ vl' circūstātia vel actiōe. In pposito dupl'r ꝯtigit bōitatē actus deriuari i aliū actū: vno mō vt sic: ita q̄ qr talis act⁹ inquātū actus est bon⁹/ ideo ille ali⁹ act⁹ inquātū actus est bonus. Alio modo vt alter eorum vel vterq3 induit rationez finis vel obiecti cuiusuis alterius. Differētia aūt inter has duas deriuatiōes est: q̄ prima deriuatio vt diuo Thome pl3 in calce sequētis articuli est ꝑ3 denoiationē tm̄: ita q̄ nec act⁹ exterior ab interiori: nec interior ab exteriori fit bon⁹ formal'r s3 denoiat iō bon⁹/ qr est ab illo aut ad illū. Scda aūt deriuatio q̄n est a fine (qr de alijs nō ē cura p̄ns) ꝑm formalē est inhesionē bonitatis. vn̄ quū q̄s vult fornicari vt furet: l3 furtū sit actus exterior: qr tn̄ cōcurrit ad actū interiorem voluntatis vt finis qualificat eū formal'r z reponit in spē furti formal'r. Tertium est q̄ rō finis boni vel mali/ z actus boni vel mali inueniunt separate z ꝯiūcte. Separate q̄dē: q̄. s. est finis z nō actus: vt quū q̄s vult deū esse z econuerso q̄ est actus z non finis: vt quū q̄s vult actū indifferētē: puta leuare festucā de terra: vel volitū nisi pp finē: vt piectionē mercium in mare. Coniuncte vero ita q̄ fini cōiungit actus: sicut quū q̄s vult fornicari ppter furari. furari em̄ tūc h3 primo rōnē finis cui substernit actus furandi: vel actui ꝯiungit finis sicut in exēplo posito fornicari t3 primo rationē actus cui cōiungit rō finis: dum non solum ille vult incurrere malum furti: sed ēt malum fornicationis qui ppter furtum nō incurreret malū incestus materni: hoc em̄ signū est q̄ vult vel horret ēt malitiā act⁹ talis ꝑ3 se: q̄d est velle illū vt finē. Ex his āt dr̄ ad motū dubiū q̄ ꝑmo dicēs q̄ finis qualificat formal'r actū interiorē volūtatis actus aūt exterior denominatiue tm̄ itelligēdus est formal'r. inquātum finis/ z inquātū actus. cū quo tn̄ stat q̄ actus exterior vt finis qualificet voluntatis actuz interiorem formal'r siue act⁹ exterior rōnē hēat finis pncipalis siue secūdarū. vn̄ sicut nō incōuenit q̄ in exemplo posito. s. quum q̄s vult fornicari vt furet q̄ furti malitia ex gn̄e z circūstātijs deriuet formal'r in actū iteriorem volūtatis iquātū h3 rōnē finis. z nō deriuet in eūdē nisi denoiatiue iq̄tū h3 rationem actus: ita non inconuenit q̄ fornicationis malitia ex genere z circunstantijs inq̄tum habet rationem actus non deriuetur in actum interiorem voluntatis nisi denominatiue z inquantum habet quandam finis rationē deriuetur in eundem formaliter. Et sic quum idem est actus z finis omnino vt cum vult quis fornicari non ppter alium finem zc. actus interior voluntatis ex fornicatione vt habet rationem finis est malus formaliter. Et ex eadem vt habet rationem actus est malus denominatiue. Stat ergo solutio in formali q̄ act⁹ volitus inquantum actus/ z inquantum finis distinguendus est: z q̄ de ipso inq̄tum actus verificatur q̄ aliter bonificat/ et aliter z aliunde est bonus. Et secundum hoc patet q̄ non eodem modo tota bonitas actus exterioris in executione comparatur ad voluntatem: quia sola illa que ex fine est a voluntate pendet: reliqua em̄ a seipso per voluntatem descendit in seipsum in executione. z sic oia consonant: imo vt in sequentibus hui⁹ q̄onis patebit non videt possibile saluare doctrinam authoris de idētitate z diuersitate: z de additione bonitatis et malitie actus exterioris ad interiorem nisi sic eam intelligendo.

¶Super arti.3.

In titulo articuli tertij eiusdē vigesime questiōis: questio est de identitate numerali zc. ¶In corpore eiusdē articuli aduerte duo. Primum est dupl'r aliqua accn̄a distinguūt numero. s. vel pp nūerationē sbi: vt albedo in sorte z platone. vel ppter numerationē essentie: vt albedo z dulcedo in eodem pomo. Et pptere a lrā itēdēs q̄ vtraq3 bōitas est intus z vtraq3 extra: z ponēs q̄ vterq3 act⁹ ē vn⁹ act⁹ i gn̄e moris: vult q̄ q̄nq3 sit vna numerositate sbi z essentie: q̄nq3 due numerositate essentie: nō sbi: qr vterq3 act⁹ est vnū sbm nūero ꝑm est q̄ hinc expsse. vt rn̄sio ad tertiū manifesta: hēs q̄ deriuatio bōitatis vel malitie ex actu in actū nō est formalis s3 denominatiua tm̄. S3 sūt ꝯ plura dubitatiōe digna. Primū ē: si act⁹ exterior z iterior sūt vn⁹ act⁹ z vnū subiectū nūero in gn̄e moris: quorsum tāta q̄stio de prioritate depēdentia z cāl'itate bōitatis z malitie moralis vni⁹ ab altero: hec em̄ quū diuersitatē supponāt p accidens ad moralē doctrinā spectare vident. Scdm est: qr author diminutus vr̄: bōitas em̄ act⁹ exterioris tripl'r se h3 ad bonitatē act⁹ interioris. Primo vt hn̄s oio eādē bonitatē: vt potio amara. Scdo vt hn̄s oio aliā ꝑm se: vt bene epulari pp sanitatē. Tertio vt hn̄s ex se z non ex alio fine: vt quū act⁹ exterior pp se est volit⁹: puta ꝯtēplatio vel adulteriū. hic em̄ terti⁹ modus in lrā nō ponit: z tn̄ frequētissim⁹ est dū volumus actus virtutū vel vitioꝝ nō pp aliū finē. Tertiū ē: qr volūtaria vr̄ doctrina authoris quo ad hoc q̄ deriuatio bōitatis vel malitie actus ab actu nō est ꝑm formā vt calidū deriuat ex calido: s3 ꝑ3 denoiatiōnē vt sanū denoiatur in alijs a sano in aiali. Quartū est circa ipam ꝯclōnē ꝯ quā arguit Scotus in quoli. q.18. tripl'r pbando q̄ nō est eadē bonitas vel malitia act⁹ interioris z exterioris. Primo authoritate Aug.13. de tri. dicētis: q̄ male volēdo miser est minus tn̄ esset si nihil eorum que perperam voluit habere potuisset. Secundo rōne: qr alia est integritas requisitorum ꝑm rationem rectā ad bonitatē actus interioris: z alia requisitorū ad bonitatē actus exterioris. ergo. Tertio etiā rōne: qr nihil est cā/ mediū/ z rō suiipsius: s3 actus interior bon⁹ et exterior bon⁹ se habēt in bonitate vt causa z causatū: vt immediatum z mediatū z hmōi. ergo. Quarto arguit ꝯ idē Gregor. de Arimino in libr. sniarū. Act⁹ exterior est mal⁹ z nō est illud malū quod est actus interior. ergo sunt duo mala. pbatur minor: qr adulteriū nō est velle adulterari: nec homicidiū ē velle holem occidere: z sic de alijs sūt etiā apud Capreolū in.42.di.1. multa q̄ vide ibi: ex his.n. solutis satisfactū credim⁹. ¶Ad primū hoꝝ dr̄: q̄ sicut in nālibus q̄n vnū numero cōstat ex pluribus nō p accn̄s nec frustra q̄rit q̄d ex q̄ in alterū redūdat: vt p3 in cōpositis ex mā z forma: ita in moralibus: l3 actus imperans z imperatus sint vnus numero actus nō vt simplex sed vt cōpositus non frustra nec per accidens queritur q̄d ex q̄ pcedat. ¶Ad ꝑm dicit q̄ hec obiectio testat illā esse authoris mentē quā in pcedēti articulo diximus. s. q̄ distinctio bonitatis ex fine et actu intelligitur formaliter. i. inq̄tū finis z inq̄tū actus: ppter ea em̄ non oportuit tertiū membrū in litera poni/ s3 sub secūdo mēbro cōprehenditur: q̄ncūq3 act⁹ exterior est ꝑm se bon⁹ vn̄ q̄n quis vult fornicari nō ppter alium finē: malitia actus interioris z exterioris est alia z alia nō specie sed nūero/ ita q̄d actus interior voluntatis est malus formaliter ꝓpria malitia fornicationis quā habet ex fornicatione vt finis z actus exterior est malus etiā formaliter ꝓpria malitia fornicatiōis quā h3 vt act⁹ ex gn̄e suo. ¶Ad tertiū dr̄ q̄ doctrina hec nō est voluntaria: sed in litera tangitur eius fundamentū: qr. s. q̄n aliq̄d dr̄ tale ex ordine ad aliud dr̄ denominatiue: z nō op3 dici formal'r. Q̄d em̄ habet aliq̄d in se formaliter dicitur tale ꝑm seipsum vt patet inductiue. Cōstat autē q̄ actus interior volūtatis dicitur bon⁹ ex actu exteriori in ordine ad ipsum. Dicitur enim velle furari malū: quia est ad malū. Et similiter actus exterior dicitur ex actu interiori malus in ordine ad ipsum: dicitur em̄ actio manus qua furatur mala/ quia ordinatur a mala voluntate. vnde quum multiplicare entia sine necessitate non sit rationabile: z ordo sit manifestus adinuicē: z sufficiat ad saluādū eorū bonitates z malitias superfluū est ponere q̄ etiā sit deriuatio formalis vt caloris a calore. Et cōfirmatur qr si in deriuatione conditionum hmōi actus ab actu ponat deriuatio formalis oportebit eadē ratione postmodū dicere: cuz actus vnius virtutis imperatur ab alia puta fortitudinis a charitate vt in martyribus: q̄d a charitate in voluntate deriuatur charitas alia in actū exteriorem: et similia q̄ absurda sunt. Jace ergo fundamentū hoc q̄ deriuatio bonitatis z malitie/ z talis bonitatis z talis malitie in actu ab actu/ vt sic est nō formalis s3 denoiatiua/ seu nō per modū vniuocationis/ sed attributionis: z ex eo illucescent tibi multa moralia: z hoc bene nota. ¶Ad quartū vero dubiū rn̄dendo dicit q̄ ex authoritate illa Augu. nihil aliud dicit nisi forte q̄ exterior actus addit z facit holem peiorem: q̄d qualiter verū sit in sequēti patebit articulo. Prima vero rō non concludit vl'r: q̄ ois bonitas exterioris actus sit alia ab oi bonitate interioris actus sed q̄ aliqua: q̄d gratis cōcedimus q̄ si de oi est intentio op3 pbare. Constat em̄ q̄ eadē est integritas req̄sitorū ad bonitatem ex fine actus volūtatis interioris z exterioris: l3 dissimiliter ad vtrūq3 se habeat integritas illa vt patet quū aliq̄s vult ppter finē aliq̄d nulla alia ratione moraliter bonū nisi ppter finē. Et hec loquendo de his actibus in genere moris: l3 forte impossibile sit in genere nature eadē vtriq3 cōuenire: q̄d forte Scotū decepit. secunda aūt ratio eiusdem ex malo intellectu positionis nostre pcedit: nō em̄ dicim⁹ q̄ eadē nūero bonitas sit cā z cāta: sed dicimus q̄ sicut sanitas vna numero nō diuersificatur in aiali medicina z vrina. Et cum hoc a sanitate animalis deriuatur sanitas in vrina z medicina: ita dicimus q̄ eadem numero est bonitas vtriusq3 actus: z q̄ ex altero in alterum deriuatur ꝑm denominationem. vnde cōcedendo q̄ idem non est cā nec ratio mediandi suiipsius negatur sequela. ergo alterius bonitatis: qr est sophisma consequentis: oportet dicere/ ergo alterius bonitatis vel pportionis vel attributionis ad se. vnde bonitas actus interioris est cā bonitatis exterioris. i. pportionis actus exterioris ad bonitatē interiorē. z econuerso: z sic de alijs attributionibus ꝑm quas deriuatur denoiatio. Ad id q̄d affertur ex Greg. si nō fiat vis in verbis negat sequela. non.n. v3 vrina est sana z animal est sanū/ z vrina sana non est aial sanū/ neq3 ecōuerso: ergo sūt due sanitates: qr stat numerus habētiū diuersimode cū vnitate numerali rei habite. dixi aūt si non fiat vis in verbis qr pōt formari argumentū in adiectiuis z substātiuis: z si i his fiat vis iam scis ex prima parte q̄ noia substātiua nō plurificantur sine plurificatione forme sed de rebus nūc est questio. Potest quoq3 distingui minor z dici q̄ quū dicit: z hoc malū nō est illud mā liter q̄dē est verū: formaliter autē falsum: qr l3 act⁹ exterior malus nō sit interior malus: nec econuerso. Malitia tn̄ vnius est malitia alteri⁹: sicut sanitas animalis est sanitas vrine. ¶In responsione ad secūdū eiusdem tertij articuli aduerte q̄ quia argumētū tēdebat ad hoc: vt qr due virtutes exigūtur ad bonificandū hos duos actus singula singulis referēdo: ideo due essent eorum bonitates. Quelibet em̄ virtus bonificat actum suum. Respōsio primo percutit radicem: z intendit q̄d non propter diuersitatem inter actū interiorem z exteriorē opus est diuersa virtute. s. morali z intellectuali: sed propter diuersitatem finis z eius q̄d est ad finem. nā moralis in fine: intellectualis vero in his que sunt ad finē perficit. Deinde qr ad quēlibet actum virtutis concurrit bona ratio z bonus appetitus: quoꝝ primum spectat ad virtutem intellectualem: secundū ad moralem: z hoc erat materia argumenti. Ideo subdit q̄ bonitas moralis recte rationis de ipso fine virtutum. i. de eodem de quo est virtus moralis nō est alia a bonitate morali ipsius virtutis moralis: ac per hoc actus pendens ex recta ratione z recto appetitu non propterea h3 duas bonitates morales: quomodo autē z quare hoc sit subiungitur dicendo: ꝑm q̄ bonitas rationis participatur in qualibet virtute idest ideo nō est distincta bonitas moralis vtriusq3: qr in qualibet virtute participatur bonitas rationis. Et scito q̄ ly bonitas determinās rationē quū dicitur bonitas rationis participatur dupliciter intelligi pōt. Primo in seipsa ratione vt est res cuius pars capitur. Et sic non significat bonitatem moralez formaliter: sed bonitatē intellectualē formaliter. Rectitudo enim rationis que eius est bōitas nō morale sed intellectuale bonū est formaliter: primordialiter autez z causaliter bonitas est moralis. secundo in ipsis participantibus vt est pars capta. Et sic est bonitas moralis: imo pars omnis bonitatis moralis z causa in omnibus virtutibus moralibus: quocunq3 modo intelligatur hec litera non refert. Semper em̄ verum est q̄ non est alia bonitas moralis: z q̄ ratione participationis ipsius in qualibet coincidit virtutem moralem.

¶Super arti.4.

In titulo articuli quarti eiusdem q̄onis aduerte: q̄ hic directe queritur de actu exteriori vt est in rerum natura.

¶In articu.4. eiusdē 20ᵉ. q. tripliciter dubitatur. primo circa primū membrū. s. q̄ actus exterior nihil addat bonitatis. ꝯ actū interiorē quo ad bonitatē q̄ est ex fine. Manifeste em̄ cōtradicit veritati: z secundo mēbro: q̄m siquis fornicari vult vt furetur: z deinde per fornicationē peruenit ad furtū intentū/ certū est q̄ sicut iste peior est factus fornicādo/ ita peior factus est furādo: furtū aūt

Universidad de Deusto Biblioteca

est actus exterior: ⁊ actus interior voluntatis est ex eo malus malitia que est ex fine. ꝗ quo ad malitiā que est ex fine actus exterior addit in malitia supra malitiā actus interioris. ¶ Scōm dubiū est circa scōm membrū an volūtas q̄tum ex se est parata: sed ꝑꝑ impotētiā cessans ab opere sit ꝑfecta ac si operaret. Et est rō dubij: q2 author vocat eam perfectā ⁊ cōsummatā. Et rursus ponit in ea defectū ꝑfectionis q̄ est ex actu exteriori.

¶ Tertium dubium est circa illud qđ dr̄ scꝫ ꝙ inuoluntarius defectus a faciendo nō tollit aliquid de premio vel pena. h em̄ pꝫ esse falsum taꝫ apud diuinū q̄ apd humanū iudicium. martyr em̄ sola volūtate sitibunda ꝑꝑ defectum exterioris martyrij ꝑdit aliqd de p̄mio: q2 caret aureola: ⁊ silr̄ q̄ silr̄ voluit ꝑcutere clericū caret pena excōicationis: ⁊ qui voluit occidere: caret pena mortis. Quarto loco essent forte alterius iudicio adducende obones recitate a capreolo in. 4. 2. dis. 2. Sed qm̄ solutis his apparebit: aut solutio aut impertinētia earum omitto. ¶ Ad euidētiam, horum recolito primo ꝙ sicut sanū in vrina nō addit aliquid sanitatis supra sanitatem aialis: ita bonuꝫ ex fine in actu exteriori nihil bonitatis addit supra bonum actū interiorē voluntatis. ⁊ rō vtrobiq̄ est eadē: q2 denominatiuum extrinsecū nihil forme addit supra denolatiuū formale vñ ex hoc qđ autor posuit ꝙ bonitas ex fine est formaliter in solo actu interiori: opꝫ consequēter dicere ꝙ act⁹ exterior nihil bonitatis illius addit: qm̄ tali bonitate bonus est quasi extrinseca denoiatione. Et q2 si affirmatio est causa affirmationis negatio erit cā negationis/ ⁊ econuerso. Ideo ꝑm bonitatem quā hꝫ actus interior voluntatis ex actu exteriori volito actus exterior in rerum nā/ q2 ē formaliter bonus tali bonitate addit ad bonitatē actus interioris nō aliam bonitatē aut aliam bonitatis gradum: sed ipsam eandem bonitatē apponit in suo perfectissimo essendi mō. s. formalr̄: ac ꝑ hoc terminat/ ꝑficit/ ⁊ consummat motū volūtatis in ipsum ex ꝑpria forma quā in se ⁊ ex se hꝫ. Uñ melior est volēs ⁊ faciēs actū bonū q̄ volēs facere ⁊ nō faciens. Recolito scdo ꝙ doctrina hec de bonitate ex fine ⁊ actu intelligiꝶ formalr̄/ idest inquantū hmōi: ⁊ videbis ꝙ qñ actus ⁊ finis coincidūt: tūc actus exterior addit ⁊ nō addit supra actū interiorē in bonitate ⁊ malitia: quia inquantū bonus ex fine/ vt sic nō addit: vt aūt bonus ꝑm se sic addit. Et ꝑm hoc ad primū dubiū dr̄ ꝙ ille furādo fit ꝑculdubio peior: nō q2 malitie ex fine in volūtate actus exterior vt malus ex illa aliquid addāt. Sed q2 illi male volūtati addiꝶ actus exterior ꝑm se malus formaliter. Uerūtñ aduerte hic ꝙ aliud est dicere ꝙ actus exterior non addit in bonitate ⁊ malitia ex fine actui interiori: ⁊ aliud est dicere ꝙ finis consequutus nō addit in bonitate ⁊ malitia volūtati bone vel male ex fine. primum em̄ docemur in litera. Scōm aūt minime: quin potius ex lr̄a habeꝶ oppositū huius scōi/ in rōne scōi membri: vbi dr̄ ꝙ inclinatio ꝑficiꝶ in h ꝙ cōsequiꝶ finē. Et pōt cōfirmari: q2 finis ē ꝑ se prio bon⁹. Et ꝑpea si act⁹ exterior inq̄tū ꝑ se bon⁹ addit in bonitate opꝫ ꝙ finis inq̄tū ꝑ se prio bon⁹ addat ēt i bonitate: ⁊ h ē verū absq̄ dubio. vñ quū furtū habeat rōnē finis eius cōsequutio ēt si nō eēt act⁹ adderet in bonitate vel malitia. ¶ Ad scōm dubiū dr̄ ꝙ vt ex ar. 4. q. 16. supius pꝫ: volūtas pōt dici ⁊ eē cōpleta duplr̄. Uno° ꝑm illā ḣitudinē q̄ volitū ē in volūtate. Alio° ꝑm illam qua volūtas tēdit in realē assequutionem voliti. iuxta primum modū significaꝶ ꝑfectio volūtatis ꝑ h ꝙ est velle ꝑfecte: iuxta scōm ṽo ꝑ h qđ ē habere ꝑfecte: vt ibidē dictū est. vñ volūtas parata opari si posset ē ꝑfecta volūtas: q2 ꝑfecte vult: ⁊ hoc spectat ad prie ḣitudinis ꝑfectionē. ⁊ est imꝑfecta simplr̄: q2 ñ ꝑuenit ad h ꝙ realiter hēat id qđ vult: ⁊ nata ē hr̄e. Oīs em̄ motus deficiēs a termino ē imꝑfect⁹ ꝑ ꝑuationē ꝑfectionis i assequutiōe termini cōsistētis. Et quū p⁹ ꝑfectio sit alteri⁹ rōnis a scda/ ⁊ tota latitudo pc cōpareꝶ ad scdam vt impfectū ad ꝑfectū vt superius pꝫ: ꝯñs est ꝙ q̄tūcūq̄ crescat ⁊ intēsissim⁹ sit interior actus volūtatis sol⁹ nunq̄ ꝑueniet ad h ꝙ sit ꝑfect⁹ simplr̄ sine assequutiōe exterioris: ꝑꝑ ꝙ saluator dixit Joā. Maiorem charitatē nemo hꝫ q̄ vt aiam suam ponat q̄s ꝑ amicis suis. ponat dixi/ nō vlit ponere. ¶ Ad 3m dum dr̄ ꝙ sicut sermo pñs est de bono ⁊ malo moralr̄ nō ꝑm hanc vel illā legē: ita etiā de p̄mio ⁊ pena ꝑm exigētiam act⁹ boni vel mali/ ⁊ non ꝑm hāc vel illā legē: nisi forte diuinā. igiꝶ distinguēdū est de premio ⁊ pena essentiali vel accidētali: ⁊ dicendū ꝙ volūtas parata q̄tuis, si operās ꝑꝑ impotētiā nihil de p̄mio vel pena ꝑdit essentiali: q2 hoc rñdet prie ꝑportiōi voluntatis q̄tuis ea reat aliqua accidētali remuneratione vel pena respōdēti ipsi exercitio actus exterioris.

ditur de bonitate vel malitia: frustra qui habet bonam voluntatem vel malā facit opus bonum, aut desistit a malo opere, quod est inconueniens.

Rñdeo Dōm, ꝙ si loquamur de bonitate exterioris actus q̄ hꝫ ex bonitate finis, tūc actus exterior nihil addit ad bonitatē: nisi cōtingat ipsam voluntatem ꝑm se fieri meliorē in bonis, vel peiorem in malis. qđ quidem videtur posse cōtingere tripliciter. Uno modo ꝑm numerū: puta cum aliquis vult aliquid facere bono fine vel malo, ⁊ tūc quidem non facit, postmodum autem vult ⁊ facit, duplicatur actus volūtatis. ⁊ sic fit duplex bonū vel duplex malum. Alio modo quātum ad extensionē: puta cum aliquis vult facere aliquid bono fine vel malo, ⁊ propter aliquod impedimentū desistit, alius aūt continuat motum voluntatis quousq̄ opere perficiat, manifestum est ꝙ huiusmodi voluntas est diuturnior in bono vel malo. ⁊ ꝑm hoc est peior vel melior. Tertio ꝑm intensionem. sunt enim quidam actus exteriores qui inquantum sunt delectabiles vel penosi nati sunt intendere voluntatem vel remittere. constat autem ꝙ quanto voluntas intensius tendit in bonum vel malum, tanto est melior vel peior. ¶ Si autem loquamur de bonitate actus exterioris quam habet ꝑm materiam ⁊ debitas circunstantias, sic comparatur ad voluntatem vt terminus ⁊ finis: ⁊ hoc modo addit ad bonitatem vel malitiam volūtatis: quia omnis inclinatio vel motus perficitur in hoc ꝙ consequitur finem vel attingit terminum. vnde non est perfecta voluntas nisi sit talis que opportunitate data operetur. Si vero possibilitas desit voluntate existente perfecta vt operaretur si posset: defectus perfectionis que est ex actu exteriori est simpliciter inuoluntarium. Inuoluntarium autem sicut non meretur penā vel premium in operando bonum aut malum, ita non tollit aliquid de premio vel de pena si homo inuolūtarie simpliciter deficiat ad faciendum bonū vel malum.

Ad primū Ergo dōm, ꝙ Chryso. loquiꝶ quādo voluntas hominis est cōsummata, ⁊ nō cessaꝶ ab actu nisi propter impotentiam faciendi. ¶ Ad secundū dōm, ꝙ ratio illa ꝑcedit de bonitate actus exterioris quā habet ꝑ bonitate finis. sed bonitas actus exterioris quam habet ex materia ⁊ circunstātijs est alia a bonitate voluntatis que est ex fine, nō autē alia a bonitate voluntatis quam habet ex ipso actu volito sed comparaꝶ ad ipsam, vt ratio ⁊ causa eius sicut supra dictum est. Et per hoc etiā patet solutio ad tertium.

¶ Utrū euētus sequēs aliq̄d addat de bonitate vel malitia ad exteriorē actū. Arti. 5.

AD quintū Uideꝶ ꝙ euētus sequens addat ad bonitatē vel malitiam actus. Effectus em̄ virtute p̄existit in causa, sed euētus consequunꝶ actus sicut effectus causas. ergo virtute p̄existūt in actibus. sed vnūquodq̄ ꝑm suam virtutē iudicatur bonū vel malū: nam virtus est que bonū facit habentē: vt dr̄ in. 2. ethi. ergo euentus addunt ad bonitatē vel malitiam actus. ¶ P̄. Bona que faciunt auditores sunt effectus quidā cōsequentes ex predicatione doctoris. sed huiusmodi bona redundāt ad meritum predicatoris: vt patet ꝑ id qđ dr̄ Phil. 4. Fratres mei charissimi ⁊ desideratissimi, gaudium meū, ⁊ corona mea: ergo euētus sequens addit ad bonitatē vel malitiā actus. ¶ P̄. Pena nō addiꝶ nisi crescēte culpa: vñ dicitur Deutero. 25. pro mēsura peccati erit ⁊ plagarū modus. sed ex euētu sequente additur ad penā: dr̄ em̄ Exo. 21. ꝙ si bos fuerit cornupeta ab heri ⁊ nudiustertius, ⁊ cōtestati sunt dn̄m eius, nec reclusit euꝫ, occideritq̄ virum aut mulierē: ⁊ bos lapidibus obrueꝶ, ⁊ dn̄m illius occidant. non aūt occideretur si bos nō occidisset hominē etiam nō reclusus. ergo euētus sequēs addit ad bonitatem vel malitiā actus. ¶ P̄. Si aliquis ingerat causam mortis percutiendo vel sentētiam dādo, ⁊ mors nō sequaꝶ, non cōtrahitur irregularitas. cōtraheret aūt si mors sequeretur. ergo euentus sequēs addit ad bonitatem vel malitiam actus.

q. 73. art. 8. & mal. q. 1. arti. ad. 11. q. 3. arti. 10. ad. 5.

Sed cōtra. Euētus sequēs nō facit actū malū qui erat bonus nec bonū q̄ erat malus: puta si aliq̄s det eleemosynā paupi, q̄ ille abutaꝶ ad pcm̄, nihil depit ei q̄ eleemosynā facit: ⁊ silr̄ si aliquis patiēter ferat iniuriā sibi factā, nō ꝑꝑ h excusaꝶ ille q̄ fecit. ergo euētus sequens non addit ad bonitatem vel malitiam actus.

Rñdeo Dicēdum, ꝙ euētus sequēs, aut est p̄cogitatus, aut non. Si est p̄cogitatus, manifestū est ꝙ addit ad bonitatem vel malitiam: cū enim aliquis cogitans ꝙ ex opere suo multa mala possunt sequi, nec ꝑpter hoc dimittit, ex hoc apparet volūtas eius esse magis inordinata. Si aūt euentus sequens non sit p̄cogitatus, tūc distinguēdū est: q2 si per se seq̄tur ex tali actu ⁊ vt in pluribus, ꝑm hoc euētus sequēs addit ad bonitatē vel malitiā actus: manifestū est em̄ meliorē actum esse ex suo genere, ex quo p̄nt plura bona seq̄: ⁊ peiorē ex quo nata sūt plura mala sequi. Si vero per accidens, ⁊ vt in paucioribus. tūc euentus sequens nō addit ad bonitatē vel ad malitiam actus. nō em̄ datur iudiciū de re aliqua ꝑm illud quod est per accidens, sed solū ꝑm illud qđ est per se.

Ad primū Ergo dōm, ꝙ virt⁹ cāe existimaꝶ ꝑm effcūs per se, nō āt ꝑm effcūs ꝑ accñs. ¶ Ad ꝑm dōm, ꝙ bona q̄ auditores faciūt ꝯsequunꝶ ex p̄dicatione doctoris sicut effcūs ꝑ se, vñ redūdāt ad p̄mtū p̄dicatoris. ⁊ p̄cipue qñ sunt p̄intēta. ¶ Ad tertiū dōm, ꝙ euētus ille ꝑ quo illi pena infligēda mandaꝶ ⁊ ꝑ se seqꝶ ex tali cā, et iterꝫ poniꝶ vt p̄cogitatus. ⁊ iō imputaꝶ ad penā. ¶ Ad q̄rtū dōm, ꝙ rō illa ꝑcederet si irregularitas sequeretur culpā, non aūt sequiꝶ culpā, sꝫ factū ꝑꝑ aliquē defectū sacramēti.

¶ Utrum idem actus exterior possit esse bonus ⁊ malus. Arti. 6.

AD sextū Sic ꝑcediꝶ. Uideꝶ ꝙ vnus actus possit esse bon⁹ ⁊ malus. Motus. n. est vnus q̄ est ꝯtinu⁹ vt dr̄ in. 5. phy. sꝫ vnus mot⁹ cōtinuus pōt esse bonus ⁊ malus puta si aliq̄s cōtinue ad ecclīā vadēs, primo q̄dē intendat inanē gloriā, postea intendat deo seruire. ergo vnus actus potest esse bonus ⁊ malus. ¶ P̄. Scōm p̄hm in. 3. phy. actio ⁊ passio sūt vnus act⁹. sed pōt esse passio bona sicut christi, ⁊ actio mala sicut iudeorꝫ: ergo vnus act⁹ pōt esse bonus ⁊ malus. ¶ P̄. Cū seruus sit q̄si instrm dn̄i: actio serui est actio dn̄i, sicut actio instr̄i est actio artificis, sꝫ pōt cōtingere ꝙ actio serui ꝑcedat ex bona volūtate dn̄i ⁊ sic sit bona ⁊ ex volūtate mala serui, ⁊ sit mala. ergo idē act⁹ pōt esse bonus ⁊ malus.

Sꝫ ꝯ. Cōtraria nō possunt esse in eodē. sed bonum ⁊ malum sunt cōtraria. ergo vnus act⁹ nō p̄t esse bon⁹ ⁊ malus.

Rñdeo Dōm, ꝙ nihil ꝓhibet aliq̄d esse vnū ꝑm ꝙ est in vno genere, ⁊ esse multiplex ꝑm ꝙ referꝶ ad aliud genus. sicut supficies cōtinua est vna ꝑm ꝙ cōsideraꝶ in gñe q̄titatis, tñ est multiplex ꝑm ꝙ referꝶ ad genus coloris si partim sit alba ⁊ partim nigra. ⁊ ꝑm hoc nihil ꝓhibet aliquē actū esse vnū ꝑm ꝙ refertur ad genus nature q̄ tñ nō est vnus ꝑm ꝙ referꝶ ad gen⁹ moris. sicut ⁊ econuerso. vt dictū est. Ambulatio. n. ꝯtinua est vnus actus ꝑm gen⁹ nature: pōt tñ cōtingere ꝙ sint plures ꝑm genus moris si muteꝶ ambulātis volūtas q̄ est p̄cipiū actuū moraliū. si ergo accipiatur vnus act⁹: ꝑut est in gñe moris impoīe est ꝙ sit bonus ⁊ malus bonitate ⁊ malitia morali: si tamen sit vnus vnitate nature, ⁊ non vnitate moris: potest esse bonus ⁊ malus.

Ad primū Ergo dōm, ꝙ ille mot⁹ cōtinuus q̄ ꝑcedit ex diuersa intētione: sꝫ sit vnus vnitate nature, nō est tñ vnus vnitate moris. ¶ Ad ꝑm dicēdū ꝙ actio ⁊ passio ptinent ad genus moris inq̄tū hñt rōnē volūtarij, ⁊ ideo ꝑm ꝙ diuersa volūtate dn̄r voluntaria ꝑm hoc sunt duo moralr̄, ⁊ pōt ex vna pte i esse bonū, ⁊ ex alia malū. ¶ Ad tertiū dōꝫ, ꝙ actus serui inq̄tū ꝑcedit ex volūtate serui non est actus domini, sꝫ solū inq̄tuꝫ ꝑcedit ex mandato dn̄i. vñ sic nō facit ipsuꝫ malū mala volūtas serui.

1. q. 72. ar. 6. c. Et 22c. q. 99. ā. 2. ad. 2. ⁊ arti. 3. ad. 2. Et. 2. d. 40. ā. 4. Et mal. q. 2. ā. 4. Et ꝑi. q. 1. art. 4. c. 2. q. 2. arti. 3. c.

siue frequēter/ siue rarissime/ dūmodo sit p̄uisus/ addit ad bonitatem vel malitiā. hoc aūt esse durissimū verbū ex eo pꝫ ꝙ siq̄s committens actū peccati venialis precognoscēs ex eo sine alia culpa sua alios peccare mortalr̄ peccaret mortaliter. Et sic mulier pulchra ⁊ adamata ab aliq̄bus ⁊ sciēs quū egrediꝶ illos in eā appetēdā exarsuros nō posset cā alicuius venialis solatij ire ad ꝑpriū hortū absq̄ pctō mortali: ⁊ infinita similia videntur sequi: que homo forte non suffert audire. falsum autem esse conuincitur ex ratione sic. Actus nō recipit additionem in bono vel in malo secundum id quod est per accidens et in paucioribus: sꝫ euētus per accidens ⁊ in paucioribus ex hoc est p̄uisus ñ trāsit ex ꝑ accidēs ⁊ raro in ꝑ se aut frequenter. ergo euēt⁹ talis ex hoc ꝙ ē p̄uisus nō addit in bonitate vel malitia. Maior habeꝶ in calce corporis huius articuli. Minor est ꝑ se nota: q2 p̄uisio sola nihil cōfert voluntati: nō em̄ ex hoc ꝙ aliq̄s p̄uidet aliq̄d ē bonus vel mal⁹: nec ex hoc ꝙ aliq̄s preuidet aliq̄d ꝑ accidens futurū ex suo actu ꝑptereamalefacit. alioqn xp̄s p̄uidēs ex manifestatiōe sui futura tot scelera iudeorum malefecisset manifestādo se/ ⁊ occidens suū inuasorē preuidēdo ei⁹ mortē ⁊ defendēdo se peccaret. Uñ sup eadē radice formaꝶ alia rō sic: p̄uisio euētus mali ꝑ accñs nō facit actū malum. ergo p̄uisio euēt⁹ mali ꝑ accñs futuri non facit actū peiorem si erat malus: iuxta illā regulā: sicut simpliciter ad simpliciter ita magis ad magis ⁊c. Et cōfirmaꝶ q2 faciēs actū bonū puta vadēs ad ecclesiaꝫ: ⁊ preuidēs ꝙ ex eo sequētur alia bona per accidens ⁊ non acceptās illa nec odio habēs sꝫ ſtās in sola p̄uisiōe nō ꝑpterea facit actū meliorē: ⁊ tñ expsse in litera primi mēbri dicitur ꝙ p̄uisus effectus addit ad bonitatē. Quid ergo dicemus? Dicēdum est si litera non est defectiua quod author intendit de euentu quocunq̄ precogitato sic quod descēdat in voluntatem/ ita ꝙ voluntas feratur in ipsum directe vel indirecte/ ita ꝙ non intendit nisi de euentu preuiso et volito siue directe siue indirecte. Et hic sensus potest sumi vt expositus ab ipsomet inferius in. q. 73. arti. 8. ad primū vbi dicit: ꝙ euentus sequens si sit preuisus ⁊ intentus addit ad bonitatem vel malitiam actus: sicut. s. dictum est: quū de bonitate ⁊ malitia humanorum actuū ageretur. ⁊ quia in corpore illius articuli ponit sub non intento volitum indirecte. Ideo consulto dixi ꝙ intentio authoris est loqui de preuiso ⁊ volito siue directe siue indirecte. Et potest quoq̄ hicmet sensus ex hac litera sumi dum dicitur voluntas magis inordinata: quum enim voluntas non reddatur inordinata ex actu exteriori nisi inquantum volito: consequens est ꝙ nec eius euentu deordinetur nisi volito: ⁊ consequenter ex eodem non magis deordinatur nisi volito. Intendit ergo in primo membro siue per se siue per accidens siue frequēter siue raro: ⁊ breuiter euētus quomodolibet actionis proprie sit preuisus ⁊ volitus addit ad bonitatem vel malitiam actus ⁊ hoc est manifestuꝫ: quia hoc spectat ad voluntatem magis deordinatam in malis: ⁊ magis affectam in bonis.

¶ Super ar. 5.

IN titulo arti. 5. nota duos terminos. Euentus em̄ commune vocabulum ad effectū per se ⁊ ꝑ accñs/ significat id qđ quolibet ex actione prouenit. Addere vero presupponit id cui additur/ ⁊ ad augmētū spectat: vnde addere ad malitiā presupponit malitiā in actu: ⁊ addere ad bonitatē presupponit bonitatē in eodē. vñ nō q̄riꝶ hic/ an actus ex euētu reddaꝶ malus vel bonus: sꝫ an actus malus ex malo euētu reddaꝶ peior: ⁊ bonus ex bono euentu melior. Prima em̄ questio iam soluta est quū determinatum est vnde actus moralis/ ⁊ vnde actus voluntatis sit bonus vel malus. s. ex fine obiecto ⁊c. ¶ In corpore arti. dubiū magnū occurrit: q2 durissima ⁊ falsa doctrina videtur hic tradita: distinguiꝶ siq̄dē ꝙ euētus pōt duplr̄ se habere: aut vt p̄cogitatus/ aut nō. Si vt p̄cogitatus addit ad bonitatē vel malitiā. Si nō: tūc duplr̄: aut ꝑ se sequiꝶ ⁊ vt in plurib⁹/ ⁊ tūc addit: aut ꝑ accidēs ⁊ in paucioribus/ ⁊ tūc ñ addit. Ex hac. n. doctrina hr̄i primo mēbro distōnis ꝙ euēt⁹ sequēs siue ꝑ se siue ꝑ accñs/

¶ Super articulum sextum.

IN articu. 6. eiusdē 20. q. nihil occurrit scribēdum nisi reddere lectorem attentum qđ non dicit author eūdem numero actum voluntatis non posse esse successiue bonum et malum. Sed dicit eundem numero actum in genere moris: actus enim voluntatis secundū se est in genere nature/ ⁊ secundum suas conditiones in genere moris: ⁊ hec dixerim propter durandum in. 2. distin. 40. q. 2. ne quis putet cōtra hanc doctrinam militare.

¶ De his que ꝯsequunꝶ act⁹ humanos rōne bonitatis ⁊ malitie. Q̄ō. 21.

DEinde Cōsiderandū ē de his q̄ ꝯsequunꝶ act⁹ hūanos rōne bonitatis vel malitie. ¶ Et circa hoc queruntur quatuor. Primo vtrū actus humanus inquātū est bonus vel malus habeat rōnem rectitudinis vel peccati. Scdo vtrū habeat rōnē laudabilis vel culpabilis. Tertio vtruꝫ habeat rationē meriti vel demeriti. Quarto vtrū habeat rationeꝫ meriti vel demeriti apud deum.

¶ Utrū act⁹ hūan⁹ inq̄tū ē bon⁹ vel malus habeat rōnē rectitudinis vel peccati. Ar. 1.

AD primū Sic ꝑcediꝶ. Uꝶ ꝙ actus hūan⁹ inq̄tū ē bon⁹ vel malus nō hēat rōnē rectitudīs vel pcti. P̄cā. n. sunt mōstra i nā. vt dr̄ in 2. phy. mōstra aūt nō sūt act⁹, sꝫ sūt q̄dā res gñate p̄ter ordinē nāe, ea aūt q̄ sūt ꝑm artē et rōnē imitanꝶ ea q̄ sunt ꝑm nām. vt ibidē dr̄. g act⁹ ex h ꝙ est inordinat⁹ ⁊ mal⁹ nō hꝫ rōnē pci. ¶ P̄. Pcm̄ vt dr̄ in. 2. phy. accidit i nā et arte cū nō ꝑueniꝶ ad finē intētū a nā vel arte. sꝫ bonitas vel malitia act⁹ hūani maxie cōsistit i itētiōe finis ⁊ ei⁹ ꝓsecutiōe. ergo vr̄ ꝙ malitia act⁹ ñ iducat rōnē pci. ¶ P̄. Si malitia act⁹ iduceret rōnē pci, seq̄reꝶ ꝙ vbicūq̄ esset malū, ibi eēt pcm̄: h āt ē fl̄m. nā pena lꝫ hēat rōnē mali, nō tñ hꝫ rōnē pcti. nō ergo ex h ꝙ aliq̄s actus est malus habet rōnē peccati.

Sꝫ ꝯ. Bonitas actus hūani, vt. s. ōn̄suꝫ est, p̄ncipalr̄ depēdet a lege eterna. ⁊ ꝑ ꝯñs malitia eius in h ꝯsistit ꝙ discordat a lege eterna. sꝫ hoc facit rōnē pci. Dicit. n. aug. 22. ꝯ faustū, ꝙ pcm̄ est dictū vel factū vel ꝯcupitū ꝯ legē eternā. ergo actus human⁹ ex hoc ꝙ est malus hꝫ rōnem peccati.

Rñdeo Dicēdū, ꝙ malū in plus ē q̄ peccatū sicut ⁊ bonū in plus

¶ Super. q. 21. articulum. 1.

IN titulo omnium articu. q. 21. aduerte ꝙ quū queritur vtrum act⁹ humanus inq̄tū bonus vel mal⁹ habeat hoc vel illud: potest intelligi illa reduplicationis nota. primo vt determinat bonitatem vel malitiam absolute: ⁊ sic non sumitur hic quia hoc esset idem quod querere de cōuenientibus bono vel malo absolute: quod non spectat ad moralem: sed metaphysicum. ⁊ essent false responsiones. Alio modo vt determinat bonitatem vel malitiaꝫ propriā seu contractam ad actum humanuꝫ. Et hic est intentus sensus questionum ⁊ responsionum/ ita qđ intendit aut hoc querere an actus humanus ex sua bonitate vel malitia/ vt sic habeat rationem recti laudabilis meritorij etiam apud deum: et similiter peccati culpabilis demeritorij etiam apud deum. Et vt patet in litera determinat partem affirmatiuam. ita quod actus humanus constituitur in esse boni vel mali quasi ex causa formali: et super hoc fundatur quod ex ordine ad finem recti vel peccati/ ex ordine ad efficiens: laudabilis vel culpabilis: ex ordine ad alterum meritorij vel demeritorij rationem habet. Et non sunt hec sumenda vt disparata: sed vt ex additione se habentia: meritorium namq̄ supponit et preexigit laudabile: et laudabile rectum: et rectum bonum moraliter.

mal. q. 2. ā. 1. ad 5.

Universidad de Deusto Biblioteca

est,q̄z rectū:q̄z em̄ priuatio boni in quocunq̄ cōstituit rōnē mali, sed peccatū ꝓprie cōsistit in actu q̄ agit̄ pp̄ finē aliquē cū nō habet debitū ordinem ad finē illum.debitus aūt ordo ad finem ſm aliquam regulam mēsuratur:que quidē regula in his que ſm naturam agūt est ipsa virtus nāe que inclinat in talem finē.qñ ergo actus ꝓcedit a virtute nāli ſm nālem inclinationē in finem, tunc seruatur rectitudo in actu,q̄z medium non exit ab extremis: scz actus ab ordine actiui principij ad finem:quando aūt a rectitudine tali actus aliquis recedit,tūc incidit ratio peccati. In his vero que aguntur per voluntatē regula proxima est ratio hūana,regula aūt suprema est lex eterna.qñcunq̄ ergo actus hoīs ꝓcedit in finem ſm ordinē rationis ꝛ legis eterne tūc actus est rectus. quādo aūt ab hac rectitudine obliquatur,tunc dicitur peccatū. Manifestum est autem ex premissis,ꝙ omnis actus volūtarius est malus per hoc ꝙ recedit ab ordine rationis ꝛ legis eterne,et omnis actus bonus concordat rationi ꝛ legi eterne.vnde sequit̄ ꝙ actus humanus ex hoc ꝙ est bonus vel malus habeat rōnem rectitudinis vel peccati

Ad primū Ergo dōm,ꝙ monstra dicūtur esse peccata inquantū ꝓducta sunt ex pecato in actu nature existente. ❡ Ad scōm dōm.ꝙ duplex est finis.s.vltimus ꝛ propinquus. In peccato aūt nature deficit quidē actus a fine vltimo qui est pfectio generati.non aūt deficit a quocunq̄ fine proximo:operatur enim natura aliquid formando. Similiter in peccato voluntatis,semp est defect⁹ ab vltimo fine intento. q̄z nullus actus volūtatis malus est ordinabilis ad beatitudinē que est vltimus finis:licet nō deficiat ab aliquo fine proximo quem voluntas intendit ꝛ cōsequit̄.vnde etiam cum ipsa intentio huius finis ordinetur ad finem vltimū in ipsa intētione huiusmodi finis pōt inueniri ratio rectitudinis ꝛ peccati. ❡ Ad tertiū dōm,ꝙ vnumquodq̄ ordinat̄ ad finē per actū suum:ꝛ ideo rō peccati que cōsistit in deuiatione ab ordine ad finē, ꝓprie cōsistit in actu.sed pena respicit personam peccantem:vt in primo dictum est.

❡ Utrum actus humanus inquantū est bonus vel malus hēat rationem laudabilis vel culpabilis. Arti.2.

5.di.24. ar.3.q.2. corin.Et 4.di.16, q.3.ar.1. qō.1.ad 2m.2.qō. 6.art.2. ad 3m.et mal.qō. 2.art.2, ad 3m.

Ad scōm Uidetur ꝙ act⁹ humanus ex hoc ꝙ est bonus vel malus nō habet rationem laudabilis vel culpabilis. peccatū enim contingit in his que agunt̄ a natura:vt dr̄ in.2.phy. sed tñ ea que sunt naturalia nō sunt laudabilia nec culpabilia:vt dr̄ in.3.ethi.ergo actus humanus ex hoc ꝙ est malus vel peccatū nō hꝫ rationē culpe:ꝛ per cōsequens,nec ex hoc ꝙ est bonus hꝫ rationē laudabilis. ❡ P̄.Sicut cōtingit peccatum in actibus moralib⁹ ita ꝛ in actibus artis:q̄z vt dicitur in.2. physi.peccat grammaticus nō recte scribens,ꝛ medicus nō recte dans potionē.sed nō culpatur artifex ex hoc ꝙ aliquid maluꝫ facit q̄z ad industriam artificis pertinet ꝙ possit ꝛ bonum opus facere ꝛ malum cum voluerit.ergo videtur ꝙ etiam actus moralis ex hoc ꝙ est malus nō habeat rationē culpabilis. ❡ P̄.Dyo. dicit in.4.ca.de di.no.ꝙ malum est infirmum ꝛ impotens.sed infirmitas vel impotentia vel tollit vel diminuit rationē culpe.non ergo actus humanus est culpabilis ex hoc q̄d est malus.

Sed cōtra Est,ꝙ phs dicit,ꝙ laudabilia sunt virtutum opera:vituperabilia aūt vel culpabilia opera contraria.sed actus boni sunt actus virtutis,q̄z virtus est que bonum facit habentē ꝛ opus eius bonū reddit,vt dicitur in.2.ethi.vnde actus oppositi sunt actus mali.ergo actus humanus ex hoc ꝙ est bonus vel malus hꝫ rationem laudabilis vel culpabilis.

Rñdeo Dōm,ꝙ sicut malum est in plus q̄ peccatum,ita peccatum est in plus q̄ culpa:ex hoc em̄ dr̄ actus culpabilis vel laudabilis ꝙ imputat̄ agenti:nihil enim est aliud laudari vel culpari q̄ imputari alicui malitiam vel bonitatē sui actus.tunc em̄ actus imputatur agenti:quando est in potestate ipsius:ita ꝙ habeat dominium sui actus.hoc aūt est in omnibus actibus volūtarijs:q̄z per voluntatem homo dñium sui actus hꝫ vt ex supradictis pꝫ.vnde relinquitur ꝙ bonū vel malum in solis actibus volūtarijs cōstituit rationem laudis vel culpe:in quib⁹ idem est malum peccatum ꝛ culpa.

Ad primū Ergo dōm,ꝙ actus nāles nō sunt in potestate nālis agētis:cū natura sit determinata ad vnū.ꝛ iō lꝫ in actib⁹ nālibus sit peccatū,nō tñ est ibi culpa. ❡ Ad scōm dōm,ꝙ rō aliter se hꝫ in artificialib⁹ ꝛ alr̄ in moralibus. In artificialib⁹ em̄ rō ordinat̄ ad finē particularē,q̄d est aliquid p rōnē excogitatū. In moralib⁹ aūt ordinat̄ ad finem cōem totius humane vite:finis aūt pticularis ordinat̄ ad finem cōem. Cum em̄ peccatū sit per deuiationē ab ordine ad finē,vt dictum est,in actu artis cōtingit dupl̄r esse peccatū. Uno modo p deuiationem a fine particulari intento ab artifice,ꝛ hoc peccatum erit propriū arti:puta si artifex intendens facere bonū opus,faciat malum:vel intendens malū faciat bonū. Alio modo per deuiationem a fine cōi humane vite.ꝛ hoc modo dicet̄ peccare, etiam si intēdat facere malum opus.ꝛ faciat p hoc vt alius decipiat̄.sꝫ hoc peccatū nō est propriū artificis inquantū artifex sed inquantum homo est.vnde ex primo peccato culpat̄ artifex inquantuꝫ artifex,sed ex scōo culpat̄ homo inquantū homo. Sed in moralibus vbi attenditur ordo rationis ad finē cōmunē humane vite semper peccatū ꝛ malū attendit̄ per deuiationē ab ordine rationis ad finē cōem humane vite.ꝛ ideo culpat̄ ex tali peccato homo ꝛ inquantū est homo,ꝛ inquantū moralis est.vnde phs dicit in.6.ethi.ꝙ in arte volens peccans est eligibilior: circa prudentiam autem minus,sicut ꝛ in virtutibus moralibus:quarum prudentia est directiua. ❡ Ad tertiuꝫ dōm,ꝙ illa infirmitas que est in malis volūtarijs subiacet potestati hominis,ꝛ ideo nec tollit nec diminuit rationem culpe.

❡ Utrū actus humanus inquantū est bonus vel malus habeat rationem meriti vel demeriti. Arti.3.

Ad tertiū Uidetur ꝙ actus humanus nō habeat rōnem meriti,ꝛ demeriti propter suam bonitatē vel malitiā.meritū em̄ ꝛ demeritum dr̄ p ordinē ad retributionē que locū solū habet in his que ad alterum sunt.sed nō oēs actus humani boni vel mali sunt ad alterū.sed quidā sunt ad seipsum: ergo nō omnis actus humanus bonus vel malus,hꝫ rōnem meriti vel demeriti. ❡ P̄. Nullus meret̄ penā vel premiū ex hoc q̄d disponit vt vult de eo cuius est dñs:sicut si homo destruat rē suā non punit̄ sicut si destrueret rem alterius.sed homo est dñs suorum actuū.ergo ex hoc ꝙ bene vel male disponit de suo actu nō meretur penā vel p̄mium. ❡ P̄. Ex hoc ꝙ aliquis sibiipsi acquirit bonū non meret̄ vt ei bene fiat ab alio.ꝛ eadē ratio est de malis.sed ipse actus bonus est quoddā malū ipsius.nō ergo ex hoc ꝙ homo facit malum actum vel bonum meretur vel demeretur.

2.di.40. art.5. 4.di.15. q.3.ar.1. qō.1.ad 1m. mal.q.2. ar.2.ad 3m.

Sed cōtra Est,ꝙ dr̄ Esaie.3.dicite iusto qm̄ bene:qm̄ fructum adinuentionū suarū comedet:vel impio in malum,retributio enim manuum eius fiet ei.

Et propterea differentia formalis passionum non solum ex distinctione rei: sed distinctione rei vt apprehensa constat. Et hinc habes quod passio odij et z ire z similium non diuersificantur specie ex diuersitate malorum puta mortis: verberis: carceris zc. differentia em̃ naturarũ materialiter et non formaliter concurrit. vtrum autem diuersitas naturarũ diuersificet habitus harum passionũ: seu ipsas in genere moris inferius examinabitur.

¶ Ad secundum dubium dicitur/ ꝙ in agentibus naturalibus est considerare duo: scilicet inquantum agunt/ z inquãtum attrahunt. Et si quidem consideremus inquantũ agũt sic patet quod idem generatiuum corporis leuis eodem modo se habens z vnica actiõe dat omnia: dando siquidem ei naturam dat consequenter leuitatem z motum ad locum absentem z quietem in presenti. Sed si consideremus inquantum attrahunt/ sic vis generatiua naturaliter que est sursum aliter z aliter se habens ad corpus trahit: nam absolute trahit per moduꝫ coaptãtis: vt absens vero per motum: vt presens vero p quietem: in agentibus vero in alia quatenus apprehensa sunt agere et attrahere simul concurrunt/ ita quod bonum apprehensum absolute infert passionem amoris: et sic trahit per amorem. Et apprehensum vt futurum infert passionem desiderij/ qui est vt motus ad se/ z sic trahit per motum: et apprehensum vt presens infert passionem delectationis/ et sic trahit per quietem. vnde si vis generatiua sursum manens diuersis dispositionibus se habens ad corpus mobile actionibus distinctis illa tria daret: curreret plene similitudo. Nunc autem: quia non sic est. Author non est digressus: sed vsus est similitudine agentis naturalis inquantum attrahit: vt in litera manifeste dicitur/ et inquantum triplex effectus in patiente fit: vt sic distinctionem passionum in anima diceremus. Et si horum duorum dubiorum solutiones diligenter notaueris/ videbis quomodo est eadem/ et quomodo diuersa ratio appetibilis seu finis vt tendatur in ipsum et quiescatur in eo: est enim eãdem secundum naturam et diuersa secundum virtutem: quod est esse eãdem materialiter/ et diuersam formaliter respectu passionum. Amor enim desiderium: z gaudium respectu eiusdem non materialiter: sed formaliter distinguuntur: quod esse non posset ex obiecti natura neꝙ ex obiecti conditionibus/ puta presentia/ vel absentia/ et huiusmodi. Si se haberent in anima sicut approximatio perfectior vel imperfectior in naturalibus actiuis: hec enim non variant effectum specifice: vt patet. vnde si hec perspicaciter considerasset Scotus in tertio/ distinctione vigesimasexta hanc improbatam nunc phantasiam non dixisset. ¶ Ad tertium dubium dicitur quod sicut anima est supra naturam/ ita modus tendendi in contraria in animalibus est supra modũ quo natura se habet. Est autẽ mo

Universidad de Deusto Biblioteca

dus nature vt nō nisi sequēdo ꝯueniens dissonet ab incōtinenti/ita ꝙ nō respicit ꝯueniēs ⁊ incōueniēs ſm seipsa: sed tm̄ ꝓsequēdo cōueniens. Ignis em̄ ꝓsequendo suā calefactionē destruit frigus. Et motus sursum relinqt deorsum ⁊ trahit secū violente aliqd minus graue. Et radix huiꝰ est: qr natura est determinata ad vnū: qr inclinat ⁊ opat qr est: vt alibi declarauimꝰ. Aīa aūt sensitiua q̄ opat qr apprehēdit/ nō ad vnū determinata est: sed iuxta dr̄iaz ꝯuenientemq; apprehensorū ipsa ꝯria sz se recipit/ ac per hoc non sufficit animali amor cōuenientis ꝓ odio disconueniētis sed vtrunq; seorsum ordinate tñ exigit: vt animaliter appetitꝰ eius se habeat ad cōtraria. Sicut enim oportuit ad hoc ꝙ animaliter appeterent etiam naturalia (vt alimenta) inesse animalibus appetitum eorum: qui sit actus elicitus: puta desiderium ⁊ delectatio aīalis ꝯns. Ita oportuit ad hocq; aīaliter animal se habeat appetendo ad ꝯtraria: vt in ipsa ſm seipsa tēdat neq; hoc est degenerare a natura: sed eleuari supra illā. Et quū dr ꝙ dispsa inferius sunt vnita superius/ verum est ceteris paribꝰ nō sic autem est in proposito tendere in cōtraria ſm se ⁊ tēdere in ea solum ꝓsequēdo sibi cōueniēs nō sunt paria. Sed primum est longe maiꝰ qr ꝑ se adequat ipsa cōtraria. Secundum vero alterū per accidens respicit. Et id nō est mirū si plura exigit: iam enim ptz ex parabola dispositi ad sanitatē in scdo de celo ⁊ mundo/ ꝙ i nobiliori gradu cōsistit egens pluribꝰ auxilijs ad maius ꝙ paucis ad minꝰ. Nec est verum ꝙ amor et odium congenerent ⁊ coalescant/ ⁊ condensāt formaliter. Cū enim amor causetur ex bono apprehenso stat bonū aliqd sepius apprehendi ⁊ multū amari absq; cōsideratione ꝯrij. vñ fit ⁊ crescit amor formaliter: ⁊ non fiet nec crescet odiū formaliter: sed virtualiter tm̄ seu in sui radice. s. in amore oppositi. Manifestū aūt hoc vr̄ in delectabili cōtēplationis carente ꝯrio/ ⁊ in assuetis delectabilibꝰ nunq̄ de ꝯrijs cogitantibus. Eadem aūt rōne non formalr̄ sed virtualiter vnū ꝯriorum appetit ⁊ reliquū refutat: qm̄ alteri formalis rō est bonuz/ alteri malū/ ⁊ amatū bonū est radix repellēdi mali ꝯrij. ¶ Ad quartū dubiū dicit ꝙ dr̄ia inter actiua qr sunt/ ⁊ actiua qr apprehēsa soluit questionē. Actiua enim qr sunt/ cū sint determinata ex nā ꝓpria ad ꝓducēdū illi simile nō pñt nisi ad se trahendo ꝑ viā assimilationis agere siue bona siue mala sint illis in que agūt. Actiua vero qr apprehēsa: qr apprehensio ad bonū aīalis ordinat (dat em̄ vis tā apprehēsiua q̄ appetitiua aīali ꝑꝑ bonū ipsiꝰ aīalis) actiua sunt nō ad se sz ad aīal ipsum trahēdo: vñ cāne in aīali id qd ꝯuenit aīali in ordine ad tale obm: ⁊ non id qd cōuenit tali obo. vñ malū apphēsum nō causat in aīali motū ad se/ sed a se/ hoc em̄ est cāre cōueniēs aīali in ꝓportione ad tale obm: ꝑꝑ qd sicut bonū apphēsuz diuersimode agit in aīal attrahēdo ꝑ cōsonātiā: vl motū/ vl qetēnta malū apphēsuz depellēdo dissonātiā/ fugā ⁊ inqetudinē. ¶ Circa segregationē passionū in eodē. 4. ar. factaz dubiū occurrit. pmo ad hoiem: qr ipsemet author in. 3. sen. dist. 26. q. 1. ar. 2. ad 3. ⁊. 5. pōit delectationē eē et passionē irascibilis. Scotꝰ quoq; in. 3. sen. di. 34. ponit tristitiā eē etiā passionē irascibilis assignās dr̄iā inter tristitiā irascibilis ⁊ cōcupiscibilis: qr ista cū restrictiōe organi/ illa cū accēsione sanguinis. Et ꝓbat diuersitatem earū: qr si offendēs offerat vt impossibile repelli causat maior tristitia in cōcupiscibili/ et tñ nō causat ꝓprie ira/ ⁊ ꝯñr nec tristitia irascibilis cū qua est ira appetēdo vindictā. Et postmodū cū delectatione propria exercens illam. ¶ Ad hoc breuiter dōm est: ꝙ nisi equiuoce loquamur/ segregatio in litera facta seruāda est. Amor em̄ ⁊ desideriū ⁊ delectatio ⁊ tristitia/ ⁊ siqd est eiusmodi si sumant ꝓ nālibus dissonātijs vel ꝯsonātijs potētiarū vel actuū/ ⁊ hmōi equoce dr̄ de eisdē vt sunt passiones aīales/ ⁊ pmo quidē modo cōes sunt oībus potentijs. Et forte hoc modo intellectuz est in locis allegatis in oppositum. Secūdo autem modo prope sunt concupiscibilis que i litera hac enumerantur ⁊ proprie irascibilis que ei tribuuntur. Quod siqs dicat authores hos de animalibus passionibus in predictꝭ locis loqui nolo contendere: quia rationabiliter loq̄ videt. Sed dicam ꝙ diuus Thomas mutauit in melius sententiā/ dum in hoc libro oppositum docuit vt inferius in questione trigesimasecūda articulo sexto ad tertiuz patet delectationem de ipso vincere quā olim tribuit irascibili/ ponens cum alijs delectationibꝰ concupiscibilis. Et vere sic ratio poscit vt sicut vis quelibet anime toti deseruit: ita vis delectabilis ⁊ desideratiua: neq; enim conueniens secundum tactum causat delectationem in concupiscibili: et cōueniens secundū auditum nō omne em̄ delectabile secundū quencunq; sensum: imo etiam secundū estimationem ⁊ quācunq; sensitiuam virtutem causat delectationem in concupiscibili/ qua sola animal natum est formaliter delectari animaliter de quocunq; sibi coniuncto bono/ sicut sola irascibili natum est vindicare de quocunq; coniuncto malo. Ad Scotum autem dico ꝙ quum passio anime in actu suo ⁊ in motu materiali sit conformis/ ita ꝙ si passio consistit in accessu/ motus quoq; illius corporalis est accessorius/ et si consistit in recessu/ motus quoq; illius consistit in retractione. Et constet ꝙ tristitia consistit in retractione consequens est ꝙ motus corporalis tristitie consistat in retractione. Unde et contra phylosophiam est duplex tristitie organum: ⁊ ꝙ tristitia ex accensione quam cōstat in accessu consistere causetur materialiter. Et Scotus videtur deceptꝰ a seipso/ quia noluit verba Aristotelis in secundo rhetorice intelligere dicentis quod ira est cum tristitia/ ⁊ quod ira veri quasi mel. Passiōes enim irascibilis incipiunt a passionibus concupiscibilis ⁊ in eas terminantur. Et propterea ira incipit a tristitia: ⁊ terminatur in delectationem. Si ratio autem probans distinctionem dolorum risu digna videtur: vt enim patet ab Aristo. ibidem ⁊ Auicen. in. 6. naturaliū quādo nocetur alicui/ ita qd impossibilis apparet vltio: tristitia magna quidem est ⁊ sola id est non causans iram: quia non causatur ira sine spe puniendi, ex hoc autem arguere/ ergo quando causat ira est alia tristitia cum qua est ira/ puerile videtur: hoc enim nihil aliud infert nisi/ ergo sola tristitia non causat iram. Et hoc est verū: quia requiritur etiam spes vltionis. Est enim ira vt inferius patebit/ ⁊ ex definitione Aristotelis ibidem patet/ ex multis resultans passionibus.

¶ Super titulum questionis. 24.

Circa tit. q. 24. aduerte ꝙ qr supiꝰ tractatū fuit d actibꝰ ꝓpriis hois: mō vo de cōibꝰ. Jō duos tractatꝰ d bōitate ⁊ malitia morali actuū extra volūtatē oportuit facere. Et supius qdē quo ad actꝰ ꝓprios hoi/ nunc vero quo ad actus cōmunes homi-

quietationē quandā in ipso bono adepto: et hoc pertinet ad delectationē vel gaudiū, cui opponit ex parte mali dolor vel tristitia. In passiōibꝰ aūt irascibilis ꝓsupponit qdē aptitudo vel iclinatio ad ꝓsequēdū bonū vel fugiēdū malū ex cōcupiscibili q̄ absolute respicit bonū vel malū: ⁊ respectu boni nōdū adepti est spes ⁊ desperatio: respectu aūt mali nōdū inacētis est timor ⁊ audacia: respectu āt boni adepti nō est aliqua passio in irascibili: quia iā nō hz rōnē ardui: vt supra dictū est: sz ex malo iam inacētī seqt passio ire. Sic igit ptz ꝙ in cōcupiscibili sunt tres ꝯiugationes passionū. s. amor ⁊ odium, desideriū ⁊ fuga, gaudiū ⁊ tristitia. Silr̄ in irascibili sunt tres s. spes ⁊ desperatio, timor ⁊ audacia: ⁊ ira cui nulla passio opponit. Sunt ḡ oēs passiones spē differētes vndecim: sex qdē in cōcupiscibili: ⁊ quinq; in irascibili sub quibus oēs aīe passiones continentur. Et per hoc patet responsio ad obiecta.

¶ De bono ⁊ malo circa passiōes aīe. Qō. 24.

DEinde Cōsiderādū est de bono ⁊ malo circa passiones aīe. ¶ Et circa hoc q̄runt quatuor. Pmo vtrū bonū ⁊ malū morale possit in passionibꝰ aīe inueniri. Scdo vtrū omnis passio anime sit mala moraliter. Tertio vtrum omnis passio addat vel diminuat ad bonitatem vel malitiam actus. Quarto vtrum aliqua passio sit bona vel mala ex sua specie.

¶ Utrum bonum ⁊ malum morale possit in passionibus anime inueniri. Art. 1.

1. qō. 59. ar. 1. cor. ⁊ ad. 2. Et 22e q. 35. ar. 3. ad. 1. Et. 2. di. 36. ā. 2. Et mal. q. 10. ā. 1 ad. 1. ⁊. q 12. ā. 2. ad. 1m ⁊ ā. 3. cor.

AD pmū Sic procedit. Uidetur ꝙ nulla passio aīe sit bona vel mala moralr. Bonū enim ⁊ malū morale est propriū hois: mores em̄ proprie dñr humani vt amb. dicit sup Lucā: sed passiones non sunt proprie hominū: sed sunt etiā alijs aīalibꝰ cōes: ergo nulla passio aīe est bona vel mala moralr. ¶ P̄. Bonum vel malū hois est ſm rōnē esse, vel pter rationem esse: vt Dyo. dicit. 4. cap. de diui. no. sed passiones anime non sunt in rōne: sed in appetitu sensitiuo: vt supra dictū est: ergo non pertinet ad bonū vel malum hominis qd est bonum morale. ¶ P̄. Philosophus dicit in 2. ethi. ꝙ passionibꝰ neq; laudamur neq; vituperamur: sed ſm bona ⁊ mala moralia laudamur vel vituperamur: ergo passiones nō sunt bone vel male moraliter.

Sed ꝯtra Est. ꝙ Aug. dicit in. 14. de ciui. dei de passionibus anime loquēs, Mala sunt ista si malus est amor: bona si bonus.

Rñdeo Dōm, ꝙ passiones aīe dupliciter possunt ꝯsiderari. Uno modo ſm se. Alio modo secundum ꝙ subiacent imperio rationis ⁊ voluntatis. Si igit ſm se cōsiderent: prout. s. sunt motus quidaz irrationalis appetitus, sic nō est in eis bonū vel malū morale qd dependet a ratiōe: vt supra dictū est. Si aūt cōsiderent ſm ꝙ subiacent imperio rationis ⁊ volūtatis, sic est in eis bonū vel malū morale: ꝓpinquior em̄ est appetitus sensitiuus ipsi rōni ⁊ voluntati q̄ membra exteriora quorū tñ motus ⁊ actus sunt boni vel mali moraliter ſm ꝙ sunt volūtarij: vnde multo magis ⁊ ipse passiones ſm ꝙ sunt voluntarie possunt dici bone vel male moraliter. Dicuntur autem voluntarie vel ex eo ꝙ a voluntate imperantur: vel ex eo ꝙ a voluntate non prohibentur.

Ad pmū Ergo dōm, ꝙ iste passiones ſm se cōsiderate sunt cōes hoibus ⁊ aīalibꝰ alijs: sed ſm ꝙ a ratione imperant sunt proprie hoibus. ¶ Ad ſm dicendū, ꝙ etiā inferiores vires appetitiue dicunt rōnales ſm ꝙ participant aliqualiter rōnem: vt dr in. 1. ethic. ¶ Ad tertiū dōm, ꝙ phs dicit ꝙ nō laudamur aut vituperamur ſm passiones absolute consideratas: sed nō remouet quin possint fieri laudabiles vel vituperabiles ſm ꝙ a ratione ordinant. Unde subdit, Non enim laudatur aut vituperatur qui timet aut irascitur: sed qui aliqualiter id est secundum rationem vel preter rationem.

¶ Utrum omnis passio aīe sit mala moraliter. Artic. 2.

1. qō. 59. ar. 1. ⁊. 3. Et. 22e. q. 123. ā. 10. cor. Et mal. q. 12. ar. 1. cor. et 1. ethic. lect. 16. cor. 2. fi. Et li. 2. lec. 3. co. finali. Et 7. phys. lec. 6. co 2. fi.

AD scdm Uidetur ꝙ oēs passiones aīe sint male moralr. Dicit em̄ augus. 9. de ciui. dei, ꝙ passiones aīe quidam vocāt morbos vel perturbationes aīe: sed ois morbus vel ꝑturbatio aīe est aliquid malū moraliter, ergo ois passio aīe moraliter mala est. ¶ P̄. Dama. dicit ꝙ operatio quidē que ſm naturam motus est, passio vero que ꝑter naturā: sed qd est preter naturam in motibus aīe hz rationē peccati ⁊ mali moralis. vnde ipse alibi dicit ꝙ diabolus versus est ex eo qd est ſm naturam in id qd est preter naturā. ergo huiusmodi passiones sunt male moraliter. ¶ P̄. Omne qd inducit ad peccatū hz rationē mali: sed huiusmodi passiones inducunt ad peccatū. vnde Ro. 8. dicuntur passiones peccatorum. ergo videtur ꝙ sint male moraliter.

Sed cōtra Est, ꝙ aug. dicit, in. 14. de trini. ꝙ rectus amor oēs istas affectiones rectas hz. metuunt enim peccare, cupiunt perseuerare, dolēt in peccatis, gaudent in operibus bonis.

Rñdeo Dōm, ꝙ circa hāc qōnē diuersa fuit snīa stoicorū ⁊ peripateticorū. Nam stoici dixerūt oēs passiones esse malas: ꝑipatetici vero dixerūt passiōes moderatas esse bonas. que quidē differētia lz magna videat ſm vocē, tñ ſm rem vel nulla est vel parua siqs vtrorūq; intētiones cōsideret. Stoici em̄ nō discernebāt inter sensum ⁊ intellectū, ⁊ ꝑ cōsequēs nec iter intellectiuū appetitū ⁊ sensitiuū. vñ nec discernebāt passiōes aīe a motibꝰ volūtatis, ſm hoc ꝙ passiones aīe sunt in appetitu sensitiuo, simplices aūt motus volūtatis sunt in intellectiuo: sed oēz rationabilem motū appetitiue partis vocabāt voluntatē, passiones aūt dicebāt motū ꝓgredientē extra limites ratiōis. Et ideo eorum sentētiā sequēs Tullius in. 3. lib. de tusculanis questionibus, oēs passiones vocat aīe morbos. ex quo argumentat ꝙ qui morbosi sunt, sani nō sunt. ⁊ qui sani nō sunt insipiētes sunt, vnde insipiētes insanos dicimus. Peripatetici vero oēs motus appetitus sensitiui passiones vocāt. vñ eas bonas estimant, cū sunt a ratione moderate, malas aūt cū sunt preter moderationē rōnis. ex quo pz ꝙ Tullius in eodē lib. peripateticorū sentētiam qui approbabāt mediocritatē passionū incōuenienter improbat, dicēs ꝙ omne malū etiam mediocre vitandū est: nā sicut corpus etiaz mediocriter egrū sanum nō est, sic ista mediocritas morborū vel passionum anime sana nō est. Non enim passiones dicunt morbi vel perturbationes aīe, nisi cū carēt moderatione rationis. vnde patet responsio ad primum.

Ad scdm Dōm, ꝙ in omni passione aīe additur aliquid vel diminuit a naturali motu cordis: inquātū cor intensius vel remissius mouet, ſm systolē aut dyastolē. ⁊ ſm hoc hz passionis rationē. tñ nō opz ꝙ passio semꝑ declinet ab ordine naturalis rationis. ¶ Ad tertium dōm, ꝙ passiones anime inquātum sunt preter ordinē rationis inclināt ad peccatū, inquātum autem sunt ordinate a ratione pertinent ad virtutem.

¶ Utrum passio addat vel diminuat ad bonitatem vel malitiam actus. Artic. 3.

1. q. 77. ar. 6. Ethi. qōne. 26. arti. 7. Et mal. q. 3. ā. 11.

AD tertiū Sic ꝓcedit. Uidetur ꝙ passio q̄cunq; semꝑ diminuat de bonitate actus moralis. Oē. n. qd impedit iudiciū rōnis ex q̄ depēdet bonitas actus moralis diminuit per consequēs bonitatē actus moralis: sed ois passio impedit iudiciū rationis. Dicit em̄ Salustius in Catilinario, Oēs homines q̄ de rebus dubijs cōsultāt ab odio ira ⁊ amicitia atq; misericordia vacuos esse decet. ergo ois passio diminuit bonitatē moralis actus. ¶ Preterea. Actus hois q̄to est deo similior tāto est melior. vñ dicit aplꝰs eph. 5. Estote imitatores dei sicut filij charissimi, sz deus ⁊ sancti angeli puniūt sine ira, sine miserie cōpassione subueniūt: vt aug. dicit in. 9. de ciui. dei: ergo est melius hmōi opa agere sine passione aīe q̄ cuz passione. ¶ P̄. Sicut malū morale attēditur per ordinē ad rōnē, ita ⁊ bonū morale: sz malū morale diminuitur per passionē: minus. n. peccat q̄ peccat ex passione q̄ q̄ peccat ex industria. ergo minus bonū operatur qui operatur sine passione q̄ qui operatur cum passione.

Sed ꝯtra Est, ꝙ aug. dicit. 9. de ciui. dei, ꝙ passio misericordie rationi deseruit qñ ita ꝓbet misericordia vt iustitia cōseruetur, siue cū indigenti tribuitur, siue cum ignoscitur penitēti: sed nihil qd deseruit rationi diminuit bonum morale. ergo passio anime non diminuit bonum moris.

Rñdeo Dicēdū, ꝙ stoici sicut ponebāt oēm passionē aīe esse malā, ita ponebāt ꝯñr oēm passionē aīe diminuere actꝰ bōitatē. oē. n. bonū ex ꝑmixtione mali vel totalr̄ tollit vel fit minꝰ bonū. ⁊ hoc qdē verū est si dicamꝰ passiōes aīe solū inordinatos motꝰ sensitiui appetitꝰ ꝓut sunt perturbationes siue egritudines: sz si passiones simplr̄ noiemus oēs motꝰ appetitus sensitiui, sic ad ꝑfectionē humani boni ꝑtinet ꝙ et ipse passiones sint moderate ꝑ rōnē. cū enim bonū hois ꝯsistat in rōne sicut in radice, tanto istud bonū erit ꝑfectius q̄to ad plura q̄ hoi cōueniūt deriuari pōt. vnde nullus dubitat qn ad ꝑfectionē moralis boni ꝑtineat qd actꝰ exteriorū mēbrorū ꝑ rōnis regulam dirigant. vñ cū appetitus sensitiuus possit obedire rationi vt supra dictū est, ad ꝑfectionem moralis siue humani boni pertinet ꝙ etiā ipse passiones anime sint regulate per rōnem. Sicut igitur melius est ꝙ homo ⁊ velit bonū ⁊ faciat exteriori actu, ita etiā ad ꝑfectionem boni moralis pertinet ꝙ homo ad bonū moueat, nō solū ſm voluntatē, sed etiā ſm appetituz sensitiuum: ſm illud quod in psal. dicit, Cor meū ⁊ caro mea exultauerūt in deum viuum. vt cor accipiamus pro appetitu intellectiuo, carnem autē pro appetitu sensitiuo.

Ad primū Ergo dicendum, ꝙ passiones anime dupliciter se possunt habere ad iudiciuz rationis. Uno modo antecedenter: ⁊ sic cum obnubilent iudicium rationis, ex quo dependet bonitas moralis actus, diminuunt actus bonitatem: laudabilius enim est ꝙ ex iudicio rationis aliquis faciat opus charitatis quam ex sola passione misericordie. Alio modo se habent consequenter: ⁊ hoc dupliciter. Uno modo per modum redundantie: quia scilicet cum superior pars anime intense mouetur in aliquid, sequitur motum eius etiam pars inferior: ⁊ sic passio existens consequenter in appetitu sensitiuo est signum intentionis voluntatis: ⁊ sic indicat bonitatem moralem maiorem. Alio modo per modum electiōis quando scilicet homo ex iudicio ratiōis eligit affici aliqua passione vt promptius operetur cooperāte appetitu sensitiuo: ⁊ sic passio anime addit ad bonitatem actionis.

¶ Ad secundum dicendum, ꝙ in deo ⁊ in angelis non est appetitus sensitiuus neq; etiam membra corporea: ⁊ ideo bonum in eis non attenditur secundum ordinationem passionum aut corporeorum actuum sicut in nobis. ¶ Ad tertium dicendum, ꝙ passio tendens in malum precedens iudicium rationis diminuit peccatum: sed consequens aliquo predictorum modorum auget ipsum vel signat augmentum eius.

¶ Utrum aliqua passio sit bona vel mala ex sua specie. Art. 4.

AD quartū Sic procedit. Uidetur ꝙ nulla passio aīe ſm speciem suam sit bona vel mala moraliter. Bonum enim ⁊ malum morale attenditur ſm rationem: sed passiones sunt in appetitu sensitiuo, ⁊ ita id qd est secūdum rationem accidit eis: cū ergo nihil qd est per accidēs pertineat ad speciē rei, videt ꝙ nulla passio ſm suam speciem sit bona vl mala. ¶ P̄. Actus ⁊ passiones hñt speciem ex obiecto: si ergo aliqua passio ſm aliquaz suam speciem esset bona vel mala, oporteret ꝙ passiones quarum obiectum est bonum, bone essent secundum suam speciem vt amor desiderium ⁊ gaudium: ⁊ passiones quarum obiectum est malum, essent male secundum

ni ⁊ alijs quales sunt passiōes que volūtarie dupliciter sunt sicut alij exteriores actus: vt in calce corporis primi articuli dicitur/ quod intellige ſm doctrinam superius datā/ ꝙ. s. tūc imputatur qñ potest et debet eam prohibere ⁊ non prohibet.

¶ Super arti. 2.

IN respōsione ad secūdū secundi articuli/ restat adhuc dubiū qm̄ si ois passio est cū preternaturalitate aliq̄ motus cordis, ergo ois passio nocet nature ac per hoc ex genere suo est mala moraliter quando est voluntaria.

¶ Ad hoc dicitur duplr̄. Primo ex parte corporee nature/ qd licet ois passio exeat limites nālis motus non tñ ois passio nocet aut hz aliquid ꝑter naturam: qr hoc consonat nature: vt quādoq; motus cordis variet. Sed qr hoc videtur esse ꝑ accñs ꝑꝑ incidētia. s. ideo melius dr ex ꝑte rōnis: qr scz recta rō dictat ꝙ ꝑꝑ aliqd bonum corpori etiā nocumentuz inferatur. ⁊ ꝑpterea sicut absq; malitia morali actꝰ exteriores puta ambulatio motus manuum ⁊ corporis in bello ⁊ i varijs exercitijs fiunt cū ampliori motu quam esset naturalis et cum lesione corporis/ ita absq; morali malitia eligitur preternaturalis motus cordis per actus appetitus sensitiui pro aliquo oportuno exercendo puta pro vindicta pro compassione ⁊c.

¶ Super articulum quartum.

OBmisso tertio articulo i quarto notanda sunt duo pro nouitijs. Primum est ꝙ sicut nomina exteriorum actuum sunt distincta sic quod aliqua significant actū exteriorem vt terminat ad aliqd dissonū rōni: vt furtū ⁊ adulteriū: ⁊ aliq̄ vt terminat ad aliqd cōsonū rōni: vt orare deū et subuenire paupi. Et aliq̄ neutralr̄ vt ambulare ⁊ loq: ita ꝯtingit in passiōibꝰ. Quedā em̄ significāt passiones vt rōni ꝯsonāt vt misericordia. Quedam vt dissonant: vt

22e qō. 158. ā. 1. cor. Et 4. di. 15. q. 2. art. 1. q. 1. ad 4. ⁊ dis. 50. q. 2. ar. 4. q. 3. ad. 3. Et mal. q. 10. ā. 1

inuidia q̃dã neutraliter vt tristitia/ ⁊ sicut de exterioribus actibus dictuz est q͡ sunt secundũ se boni vel mali ex ob͡to: ita eodem modo intellige de passionib⁹. Et q̄ distinctum superius est de bonitate ex obiecto ⁊ ex fine/ ita applicare memento ꝓposito. passiões em̄ ipse ad ipsum morale bonuz ⁊ malum se habent sicut exteriores actus. vnde ⁊ in litera/ ⁊ est secundũ propositum in principio corporis articuli proponitur q͡ sicut de actibus ita de passionibus: et in calce dicitur: sic enim pertinent ad speciem exterioris actus scilicet bonum ⁊ malum moraliter sic. i. vt obiecta ita q̄ ly pertinent nõ respicit passiones vt sõm loquutionis: sed bonum et malum moraliter/ ⁊ directe complet proportionalem doctrinã de actibus ⁊ passionibus.

¶Super. q. 25.

Circa titulum q̃stionis. 25. aduerte q̄ p̄sens q̃stio ẽ i ordine nature nõ hoc vel illo modo sz simpliciter: ⁊ quoniã in ordine nature applicato ad generabilia innenitur dupliciter aliquid pri⁹ vel posterius scz ꝫm intentionem vel ꝫm executionem/ ideo in litera vtrunq͡ tradit.

¶Super arti. 1.

In rñsione ad primuz primi articuli aduerte q͡ alia ẽ distinctio proprij a ꝓprio ⁊ ꝓprij a cõmuni. Cõe enim non distinguũtur contra proprium per aliquod positiuũ in se/ q̄ non sit in ꝓprio: duo autem disparata distinguuntur abinuicem suis positiuis distictiuis quorum alterũ vnũ/ alterũ reliquum constituit. vñ q͡ bonũ et bonũ arduum se habent sicut cõe ⁊ prium ⁊ nõ sicut duo propria. Ideo in lr̃a d͡ q͡ ratio in opposituz allata. s. bonũ arduum ⁊ supremũ bonum h̃et locũ si bonum q̄ obm est concupiscibilis aliquid oppositũ diceret. i. si distingueret͡ ꝯ bonũ arduum ⁊ quoddaz aliud pticulare seu proprium bonuz: sic enim diceret aliquid bono arduo opposi

1. q. 40. ar. 1. cor. Et 22e qõ. 141. ã. 3. ad. 1 Et. 3. di. 26. q. 2. ar. 3. q. 2 cor. Et ꝟi. qõe 25. ar. 2. cor. Et mal. q. 4. ar. 2. ad. 12

suam speciem vt odium, timor ⁊ tristitia: sed hoc patet esse falsum: nõ ergo aliqua passio est bona vel mala ex sua specie. ¶P̃. Nulla species passionum est que non inueniatur in alijs animalibus: sed bonum morale non inuenitur nisi in homine: ergo nulla passio anime bona est vel mala ex specie.

Sz ↄtra Est q̄ aug. dicit. 9. d̄ ciuit. dei, q͡ mia ptinet ad virtutem. ph̃s etiã dicit in. 2. ethi. q͡ verecũdia est passio laudabilis: ergo alique passiões sunt bone vel male secundum suam speciem.

Rñdeo Dõm, q͡ sicut de actibus dictũ ẽ, ita ⁊ de passionib⁹ dõz vr̃, q͡. s. species act⁹ vel passionis dupl'r cõsiderari põt. Uno mõ ꝫm q͡ est i gñe nãe: et sic bonũ vel malũ morale nõ ptinẽt ad spẽz act⁹ vel passionis. Alio mõ ꝫm q͡ ptinent ad genus moris, put. s. pticipãt aliq̃d de volũtario ⁊ iudicio rõnis: ⁊ hoc mõ bonũ ⁊ malũ morale p̃nt pertinere ad spẽm passionis ꝫm q͡ accipitur vt obiectum passionis aliquid de se conueniens rõni vel dissonũ a rõne: sicut patet de verecundia que est timor turpis: ⁊ de inuidia que est tristitia de bono alterius: sic enim pertinent ad speciem exterioris actus.

Ad pmũ Ergo dõm, q͡ ratio illa procedit de passionibus ꝫm q͡ pertinent ad speciem nãe: prout. s. appetitus sensitiuus in se considerat͡: ꝫm vero q͡ appetitus sensitiuus obedit rõni iam bonũ ⁊ malum rõnis non est ex passionib⁹ eius per accidens sed per se. ¶Ad ꝫm dõm, q͡ passiones que in bonũ tendunt si sit verũ bonũ sũt bone, ⁊ sil'r que a vero malo recedunt: econuerso vero passiões que sunt per recessum a bono ⁊ per accessum ad malum sunt male. ¶Ad tertiũ dõm, q͡ in brutis aialib⁹ appetitus sensitiu⁹ nõ obedit rõni: ⁊ tñ inq̃tũ ducitur quadam estimatiua nãli q̃ subijcit͡ rõni superiori. s. diuine ẽ in eis quedã similitudo moralis boni quantum ad anime passiões.

¶De ordine passionũ adinuicem. Q̃õ. 25.

Deinde Cõsiderandũ est de ordine passionũ adinuicem. ¶Et circa hoc q̃rũt͡ quatuor. Primo de ordine passionũ irascibilis ad passiones concupiscibilis. Secundo de ordine passionum concupiscibilis adinuicem. Tertio de ordine passionum irascibilis adinuicem. Quarto de quatuor principalibus passionibus.

¶Utrũ passiões irascibilis sint priores passionib⁹ cõcupiscibilis vel ecõuerso. Arti. 1.

Ad pmũ Sic ꝓceditur. Ur͡ q͡ passiões irascibilis sint priores passionibus concupiscibilis. Ordo em̄ passionũ est ꝫm ordinẽ obꝫoruz: sed obm irascibilis est bonũ arduũ, q̄ vr͡ eẽ supremũ inter alia bona: ergo passiones irascibilis vident͡ p̄esse passionib⁹ cõcupiscibilis. ¶P̃. Mouẽs est prius moto: sed irascibilis cõparat͡ ad cõcupiscibilẽ sicut mouẽs ad motũ: ad hoc em̄ dat͡ aialibus vt tollant͡ impedimenta quibus cõcupiscibilis ꝓhibetur frui suo obo: vt. s̃. dcm̃ est, Remouẽs aũt ꝓhibens hz rõnẽ mouẽtis; vt d͡ in. 8. phy. ergo passiones irascibilis sunt priores passionibus cõcupiscibilis. ¶P̃. Gaudiũ ⁊ tristitia sunt passiões cõcupiscibilis: sz gaudiũ ⁊ tristitia cõsequunt͡ ad passiones irascibilis. Dicit em̄ ph̃s in. 4. ethi. q͡ punitio q̄etat impetũ ire delectationez loco tristitie faciens. ergo passiones concupiscibilis sunt posteriores passionibus irascibilis.

Sed ↄ. Passiones cõcupiscibilis respiciũt bonũ absolutũ, passiones aũt irascibilis respiciũt bonũ ↄctũ. s. arduũ. cũ igitur bonum simpl'r sit prius q̃ bonum ↄctũ, vr͡ q̄ passiones ↄcupiscibilis ad plura se habeãt q̃ passiones irascibilis.

Rñdeo Dõm, q͡ passiões cõcupiscibilis ad plura se h̃nt q̃ passiones irascibilis. Nã in passionib⁹ concupiscibilis inuenit͡ aliq̃d pertinẽs ad motũ, sicut desideriũ, ⁊ aliq̃d pertinẽs ad quietez, sicut gaudium ⁊ tristitia: sed in passionibus irascibilis nõ inuenit͡ aliq̃d ptinẽs ad quietem: sed solũ pertinẽs ad motũ, cui⁹ rõ est: q͡ id in quo iam quiescit͡ non hz rõnẽ difficilis seu ardui q̄ est obm irascibilis: quies aũt cũ sit finis motus est prior in intẽtione, sed posterior in executione. Si ergo cõparẽtur passiones irascibilis ad passiones concupiscibilis que significant quietem in bono, manifeste passiones irascibilis precedũt ordine executionis hmõi passiones concupiscibilis sicut spes p̄cedit gaudiũ, vnde causat ipsum: ꝫm illud apostoli Ro. 12. Spe gaudentes. Sed passio concupiscibilis importans quietem in malo. s. tristitia, media est inter duas passiones irascibilis: sequitur enim timorem, cũ enim occurrerit malum q̄ timebatur causatur tristitia: precedit autẽ motuz ire: quia cũ ex tristitia precedente aliquis insurgit in vindictam, hoc pertinet ad motum ire: ⁊ q͡ rependere vicem malis apprehenditur vt bonũ: cũ iratus hoc consecutus fuerit gaudet: ⁊ sic manifestum est q͡ omnis passio irascibilis terminatur ad passionem concupiscibilis pertinentem ad quietez: scz vel ad gaudiũ: vel ad tristitiam: sed si cõparent͡ passiones irascibilis ad passiones cõcupiscibilis que important motum, sic manifeste passiones concupiscibilis sunt priores: eo q͡ passiones irascibilis addũt supra passiones cõcupiscibilis: sicut ⁊ obiectũ irascibilis addit supra obiectum concupiscibilis arduitatem siue difficultatem: spes enim supra desideriũ addit quendam conatum ⁊ quandam eleuationem animi ad consequendũ bonũ arduũ ⁊ similiter timor addit supra fugam seu abominationẽ quandã depressionẽ animi ꝓpter difficultatẽ mali. Sic ergo passiones irascibilis medie sunt inter passiones concupiscibilis que important motũ in bonũ vel in malum: ⁊ inter passiones cõcupiscibilis que important quietem in bono vel in malo. Et sic patet q͡ passiones irascibilis ⁊ principiũ habent a passionib⁹ concupiscibilis ⁊ in passionibus concupiscibilis terminantur.

Ad primum Ergo dõz, q͡ illa ratio procederet si de ratione obiecti concupiscibilis esset aliquid oppositũ arduo, sicut de ratione obiecti irascibilis est q͡ sit arduum: sed quia obiectum concupiscibilis est bonũ absolute, prius naturaliter est quam obiectum irascibilis sicut commune proprio. ¶Ad ꝫm dicendũ, q͡ remouens prohibens non est mouens per se: sed per accidens; nunc aũt loquimur de ordine passionũ per se. ¶Et preterea irascibilis remouet prohibens quietẽ concupiscibilis in suo obiecto. vnde ex hoc non sequitur nisi q͡ passiones irascibilis precedunt passiones concupiscibilis ad quietem pertinẽtes. de quibus etiam tertia ratio procedit.

tum suum. s. propriũ distinctiuum. Tunc enim haberent se sicut duo partialia bona/ quorum superi⁹ ꝓculdubio esset naturaliter prius sicut vniuersaliter apparet in ceteris: sed q͡ se habent sicut commune et proprium: ideo quanuis bonuz arduum sit quid excellentius bono absolute/ ẽ tamẽ posterius quia illud commune: hoc propriũ. Illud absolute/ hoc contractum/ illud enim dicit bonum cõmune ad bonum in motu ⁊ bonũ in quiete/ hoc tãtummodo bonum in motu: vt in corpore articuli ostenditur. Cum aũt audis obiectum concupiscibilis comparari ad obiectuz irascibilis vt commune ad propriũ ⁊ ad plura se extẽdere ⁊c. non intelligas se habere sicut vniuersale ⁊ particulare: vt animal ⁊ homo: hoc enim falsum est. Sed scito se habere sicut motus simpliciter de quo ẽ habitus libri physicorũ: ⁊ motus ad vbi de quo est habit⁹ libri de celo ⁊ mũdo/ bonum enim sensibile simplicit͡ spectat ad cocupiscibilem/ bonum autem sensibile determinatũ ad arduitatem spectat ad irascibilem: et sic omnia consonant. s. ⁊ distinctio obiectorum ac potentiaruz ⁊ habitudo communis ad proprium/ et maior ambitus illi⁹ q̃ huius vt ptz in simili adducto.

¶Super art. 2.

1. q. 20. ar. 1. cor. Et. 3. distin. 27. q. 1. ã. 3. Et. 4. ↄ gẽti. ca. 19. Et veri. qõe. 26. art. 4. c. Et gal. 5. lec. 6. co. 2. fi. Et. 1. metaphy. si. le. 3. fi.

In scd̃o articulo aduerte q̄ in cõgrue passionũ notitiã tradiderit scotus dicens in p̄mo. di. prima. q. q̃rta q͡ appetit⁹ sensitiui ꝓpe nõ ẽ amare: quũ em̄ amor sit p̄ma passio appetit⁹ sensitiui si amare nõ ↄueniret ꝓpe appetitui sensitiuo. g̃ nec delectari/ nec timere ꝓpe ↄueniet. a p̄mo em̄ reliqua pẽdẽt/ ⁊ amorẽ ip̄m reliq̄ passiões includũt. Naz delectamur amato/ timem⁹ malũ amati desperam⁹ ab amato/ vlciscimur ↄturbans amatum. vñ si amatũ est iproprie/ reliq̃ erũt passiones iprope/ sicut in reb⁹ nãlib⁹. Et tũc vltra/ si passiões sũt iproprie i appetitu sensitiuo ⁊ ꝫm ꝟitatẽ sũt min⁹ ꝓpe in appetitu itellectiuo/ nulli bi erunt proprie.

¶In corpe scd̃i art. eiusdẽ q̄õis nouitiorum dubiũ occurrit quõ vulgatũ est iter phos q͡ ois appetitus ẽ bõi/ ⁊ q͡ null⁹ opat͡ aspiciẽs ad malũ. Et nũc i lr̃a d͡/ q͡ oba ↄcupiscibil' sũt bonũ ⁊ malũ. ¶Ad h̃ breuit͡ d͡ q͡ q͡ malũ nõ est obm appetit⁹ vt ꝓseq̄ndũ sz vt fugiẽdũ/ ⁊ eadẽ rõne q̃ bonũ appetit͡/ malũ refutat͡. Ideo vtrunq͡ ꝟificat͡ scz ⁊ q͡ vtrũq͡ est obm diuersimode ⁊ q͡ bonũ cõiter assignat͡ ⁊ diuulgat͡: q͡ bonũ p se malũ ꝟo p accñs. i. p aliõ. s. bonũ/ est obz. Uerũ tñ esto caut⁹ in re hac/ 2r. n. inenit͡ accidẽtalitas i istis. s. referẽdo potẽtiã ad obiectũ/ ⁊ referẽdo actũ ad obiectũ. Si ↄsiderent͡ nãq͡ po^a in ordine ad suũ p se primo obm/ sic bonũ est p se obz ois appetit⁹ malũ ꝟo p accñs. Et hoc est q̄ resonat; cõiter in ore pho꜄/ ⁊ rõ assignat͡ i art. seq̄nti i rñsiõe ad 3m. Si ꝟo ↄsideret͡ aliq̄s spãlis actus appetit⁹ in ordie ad suũ ꝓpriũ obz sic ⁊ respectu boni/ ⁊ respectu mali iuenit͡ p se ⁊ p accñs. Act⁹. n. tẽdẽs p se in bonũ ẽ p modũ ꝓsequẽtis ⁊ tẽdẽs p se in malũ ẽ p modũ recedentis/ bonũ em̄ est q̄ oia appetũt. Malũ vero q̄ oia fugiũt. Uñ docet i hoc tractatu author q͡ despatio ẽ actus appetit⁹ p accñs respectu boni/ q͡ recedit a bono: ⁊ audacia est act⁹ p accñs respectu mali/ q͡ accedit ad malũ. Timor ꝟo est act⁹ p se respectu mali/ q͡ fugit ipsum. Inter spãles ergo actus d͡ria est: q͡ alij per se/ alij p accñs respectu bõi vel mali sunt. Potẽtia aũt ipsa p se solum bonũ respicit. Et non est hic sermo de ly p accidẽs vt distinguit͡ ↄ p se sicut dicimus q͡ albũ edificat nõ p se sed p accidẽs. Sed vt distinguit͡ ↄ p aliõ/ q̄ stat esse p se scd̃o: vt pz. ꝫ. q. 23. ã. 4. co.

¶In rñsione ad primũ eiusdẽ scd̃i articuli dubiũ occurrit circa illa verba iter, oẽs passiones cõcupiscibilis/ magis est sensibilis cõcupiscentia falsum. n. hoc vr͡ experiẽtia teste. nã tristitia manifeste magis sentitur: vt patet in cruciatib⁹ corpis: ⁊ delectatiões tactũ cõsequẽtis vehemẽtissime sentiunt͡. Cõstat aũt has esse passiones ↄcupiscibilis. ꝫ. ¶Ad h̃ d͡ q͡ passiones eẽ magis sensibiles ↄtigit 2r. Primo vt se tenẽt ex pte aie. Scd̃o vt se tenẽt ex pte corpis: et q͡ lz 2o mõ ↄcupiscẽtia n̄ sit magis sensibilis: sed dolor ⁊ forte delectatio. p̄mo em̄ mõ ↄcupiscẽtia iter passiões ↄcupiscibilis ẽ maxie sensibilis: absq͡ corpali nãq͡ ↄiũctiõe expimur ↄcupiscere magis sensibiliter q̃ amare: odisse ⁊c. Et q͡ q̄ se tz ex pte aie est formale in passiõib⁹: iõ d̄ passionib⁹ istis formal'r loquẽdo dictũ est q͡ cõcupiscẽtia est magis sensibilis.

¶Super articulum tertium.

In ar. 3. eiusdẽ q̄õnis i rñsiõe ad ꝫm dum occurrit ad hoiem: q͡ ipe author supi⁹ i. q. 23. ar. 2. expsse vult q͡ arduũ hz rõnẽ vt in ip̄m tẽdit: ⁊ sic audacia tẽdit i ip̄m: h̃ ꝟo docet opp^m dicens/ q͡ arduũ nõ ẽ rõ accedẽdi vl' appetẽdi. Et ideo spes est prior. ¶Ad h̃ d͡ q͡ q͡ obiectũ irascibilis est totum ↄctũ scz bonum arduum ⁊ malum arduum: ⁊ harum duarum rationũ. s. bonitatis ⁊ arduitatis magis habet rõnem tractiui bonitas q̃ arduitas vt d̄ se pz. Iõ in lr̃a nõ simpl'r: sed

¶Utrum amor sit prima passionum concupiscibilis. Art. 2.

Ad scdm Uidet͡ q͡ amor nõ sit p̄ria passionũ cõcupiscibilis. Uis enim cõcupiscilis a cõcupiscentia denominatur, que est eadez passio cum desiderio: sed denominatio fit a potiori vt dicit͡ in scd̃o de aĩa. ergo cõcupiscentia est potior amore. ¶P̃. Amor vnionem quandã importat. est em̄ vis vnitiua ⁊ concretiua: vt Dyo. dicit in. 4. ca. de diui. nomi. sz ↄcupiscẽtia vel desideriũ est mot⁹ ad vnionẽ rei ↄcupite vel desiderate. ergo cõcupiscẽtia est p̄or amore. ¶P̃. Causa est prior effectu: sz delectatio est q̄nq͡ cã amoris, q̄dã em̄ ꝓpter delectationẽ amãt: vt d͡ in. 8. ethi. ergo delectatio est prior amore. nõ ergo prima inter passiones concupiscibilis est amor.

Sed cõtra Est, q͡ aug. dicit i. 14. de ciuita. dei, q͡ oẽs passiones ex amore causant͡. amor enim inhians habere q̄ amat͡ cupiditas est, id autẽ habens eoq͡ fruẽs letitia est amor ergo est prima passionum concupiscibilis.

Rñdeo Dicẽdũ, q͡ obiecta ↄcupiscibilis sunt bonũ ⁊ malũ. naturaliter aũt est prius bonũ malo eo q͡ malum est p̄uatio boni. vñ ⁊ oẽs passiões quarũ obiectũ est bonũ naturaliter sunt p̄ores passionibus quarum obiectuz est malũ. vnaqueq͡ scilicet sua passiõe opposita. Quia enim bonum q̃rit͡ ideo refutat͡ oppositũ malũ. bonũ aũt habet rõnez finis. q̄ quidẽ est prior in intentione: sed est posterior in executione. P̄ot ergo ordo passionum cõcupiscibilis attendi vel ꝫm intentionẽ, vel ꝫm cõsecutionẽ. scd̃m quidẽ consecutionẽ illud est prius q̄ primo fit in eo q̄ tendit ad finẽ. manifestũ est autẽ, q͡ omne q̄ tendit ad finẽ aliquẽ primo quidẽ hz aptitudinẽ seu ꝓportionẽ ad finẽ. nihil em̄ tẽdit in finẽ nõ ꝓportionatũ. scd̃o mouet͡ ad finẽ. tertio quiescit in fine post eius cõsecutionem. ipsa aũt aptitudo siue ꝓportio appetitus ad bonum est amor, qui nihil aliud est q̃ complacẽtia boni. motus aũt ad bonũ est desiderium vel concupiscentia, quies aũt in bono est gaudiũ vl' delectatio. ⁊ ideo ꝫz hũc ordinẽ amor p̄cedit desideriũ ⁊ desideriũ p̄cedit delectationẽ. sed ꝫm ordinẽ intentionis est econuerso. nã delectatio intenta causat desideriũ ⁊ amorem. delectatio enim est fruitio: que quodammodo est finis, sicut ⁊ ipsuz bonum vt supra dictum est.

Ad primũ Ergo dicendum, q͡ hoc modo noiatur aliq̃d ꝫz q͡ nobis innotescit. voces enim sunt signa intellectuum ꝫm philosophum. nos autem vt plurimum per effectum cognoscimus causam. effectus autem amoris: quando quidez habetur ipsum amatum est delectatio. quando vero non habetur est desiderium vel concupiscentia: vt aũt Aug. dicit in. 10. de trini. Amor magis sentitur cum eum prodit indigentia. Unde inter omnes passiones concupiscibilis magis est sensibilis concupiscentia. ⁊ propter hoc ab ea denominatur potentia. ¶Ad secundum dicendum, q̄ duplex est vnio amati ad amantem. Una quidẽ realis ꝫm coniunctionem ad rem ipsam. et talis vnio pertinet ad gaudium vel delectationem que sequitur desiderium. Alia autẽ est vnio affectiua: secundum scilicet q͡ aliquid habet aptitudinem vel proportionem, prout scilicet ex hoc q͡ aliquid habet aptitudinem ad alterum ⁊ inclinationem iam participat aliquid eius. ⁊ sic amor vnionem importat: q̃ quidem vnio precedit motum desiderij.

¶Ad tertium dicendum, q͡ delectatio causat amorem ꝫm q͡ est prior in intentione.

¶Utrum spes sit prima inter passiones irascibilis. Arti. 3.

Ad tertiũ Sic ꝓceditur. Uidet͡ q͡ spes nõ sit prima inter passiones irascibilis. Uis enim irascibilis ab ira denominatur: cum ergo denominatio fiat a potiori, videtur q̄ ira sit potior ⁊ prior q̃ spes. ¶Preterea. Arduum est obiectum irascibilis: sed magis videtur esse arduum q͡ aliquis conetur superare malum contrarium quod imminet vt futurum quod pertinet ad audaciam, vel q̄ iniacetiam vt presens quod pertinet ad iraz, q̃ quod conetur acquirere simpliciter aliq̄ bonum. et similiter magis videtur esse arduum quod conetur vincere malum presens q̃ malum futurum. ergo ira videtur esse potior passio q̃ audacia, ⁊ audacia q̃ spes: ⁊ sic spes non videtur esse prior.

¶Preterea. Prius occurrit in motu ad finem recessus a termino quam accessus ad terminum: sed timor et desperatio importãt recessum ab aliquo: audacia autem ⁊ spes important accessum ad aliquid: ergo timor ⁊ desperatio precedunt spem ⁊ audaciam.

Sed contra. Quanto aliquid est propinquius primo tanto est prius: sed spes est propinquior amori qui est prima passionum: ergo spes est prior inter oẽs passiões irascibilis.

Respondeo Dicendum, q͡ sicut iam dictum est, omnes passiones irascibilis important motum in aliquid: motus autem ad aliquid in irascibili potest causari ex duobus: vno modo ex sola aptitudine seu proportione ad finem: que pertinet ad amorem vel odium. Alio modo ex presentia ipsius boni vel mali, que pertinet ad tristitiam vel gaudium: et quidem ex presentia boni non causatur aliqua passio in irascibili: vt dictum est: sed ex presentia mali causatur passio ire. Quia igitur in via generationis seu consecutionis proportio vel aptitudo ad finem precedit consecutionem finis, inde est quod ira inter omnes passiones irascibilis est vltima ordine generationis: inter alias autem passiones irascibilis que important motum consequentem amorem vel odium boni vel mali, oportet quod passiones quarum obiectum est bonum scilicet spes ⁊ desperatio, sint naturaliter priores passionibus quarum obiectum est malum scilicet audacia et timore: ita tamen quod spes est prior desperatione: quia spes est motus in bonum secundum rationem boni quod de sua ratione est attractiuum: ⁊ ideo est motus in bonum per se: desperatio autem est recessus a bono qui non cõpetit bono ꝫm q͡ est bonũ: sed ꝫm aliquid aliud: vnde est quasi per accidens: ⁊ eadem ratione timor cũ sit recessus a malo est prior quam audacia, q͡ aũt spes ⁊ desperatio sint naturali'r priores quã timor ⁊ audacia, ex hoc manifestũ est: q͡ sicut appetitus boni est rõ quare vitetur malũ: ita etiã spes ⁊ desperatio sunt ratio timoris ⁊ audacie. Nã audacia cõsequit͡ spẽ victorie: ⁊ timor cõsequitur desperationẽ vincendi: ira aũt cõsequit͡ audaciaz: nullus enim irascit͡ vindictã appetẽs nisi au-

comparatiue interpretandum eſt/ ꝙ arduum nō eſt ratio accedendi. et hoc ſubiūcta verba inſinuant: ſcʒ ſed potius bonum: in cuius ſignum/ in nulla paſſione aſſignatur arduū pro ratione accedēdi/ niſi in audacia: in qua oportuit hoc fieri/ quia obiecto eius exiſtente malo arduo/ et malum eſt magis repulſiuū/ ꝙ̄ arduum: conſequens fuit/ ꝙ arduū ratio poneretur acceſſus. Eſt igitur/ ſi recte conſideretur/ arduum comparatū ad bonum ratio receſſus: et comparatum ad maluʒ ratio acceſſus. Et propter ea non eſt mirum/ ſi modo affirmat/ aut negatur hoc/ modo illud.

deat vindicare: ſm ꝙ Auicē. dicit in .6. de nā libus. Sic ergo pʒ ꝙ ſpes eſt prima inter oēs paſſiones iraſcibiles. Et ſi ordine oium paſſionum ſm viam gñationis ſcire velimus: primo occurrūt amor ⁊ odium. ſcđo deſiderium ⁊ fuga. tertio ſpes ⁊ deſperatio. quarto timor ⁊ audacia. quīto ira. ſexto ⁊ vltimo gaudium ⁊ triſtitia: que conſequūtur ad omnes paſſiones: vt dicit in .2. ethi. ita tamē ꝙ amor eſt prior odio: ⁊ deſiderium fuga: ⁊ ſpes deſperatione: ⁊ timor audacia: ⁊ gaudium quaʒ triſtitia: vt ex predictis colligi poteſt.

Ad primū Ergo dicendū, ꝙ q̄ꝛ ira cauſat ex alijs paſſionibus ſicut effectus a cauſis precedentibus: ideo ab ea tanꝙ̄ a manifeſtiori denominat potentia. ¶ Ad ſm dōm, ꝙ arduū non eſt ratio accedendi vel appetēdi: ſed potius bonum: ⁊ ideo ſpes que directius reſpicit bonū eſt prior, quāuis audacia aliquādo ſit in magis arduum vel etiam ira. ¶ Ad tertiū dōʒ, ꝙ appetit⁹ primo ⁊ per ſe mouetur in bonuʒ ſicut in propriū obm: ⁊ ex hoc cauſat ꝙ recedat a malo: proportionat eñi motus appetitiue partis, non quidē motui nāli: ſed intentioni nāe, q̄ per pri⁹ intendit finē ꝙ̄ remotionez cōtrarij: q̄ nō querit niſi ꝓp adeptionē finis.

Infra.q. 84. art. 4. ad.2. Et queſ. 123. art. 11. ad.1. Et queſ. 141. art. 7. ad.3. Et veri. qſt. 26. artic. 5.

¶ Sup art. quartū.

In articulo quarto eiuſdem queſt. vt reſolute ſcias/ et preferas ꝑmatum illarum quatuor paſſionum. Colligito/ ꝙ paſſiones primarie exigūt duas conditiones. Prima eſt/ ꝙ ſint per ſe id eſt/ nihil per accidens habentes admixtuʒ/ tam in ſe/ ꝙ̄ in ſuis cauſis. Secūda eſt/ ꝙ ſint vltime in ſingulis gñibus. Sunt autem/ ſi bene diſtiguitur/ quatuor genera paſſionum. ſ. motus in bonū/ motus a malo/ quies in bono/ et inquietudo in malo. Ultima in primo gñe/ eſt ſpes: in ſecundo/ timor: in tertio/ delectatio: in quarto/ triſtitia. et omnes ſunt per ſe/ tam in ſe/ ꝙ̄ in ſuis cauſis. Et ſic ceſſant omnes obiectiones ſpāliter de ira/ que eſt vlterior motus in bonum/ ꝙ̄ ſpes: eſt eñi poſt ſpem. quia tamen conſurgit ex per accidens/ ſcʒ ex audacia/ vt in litera dicitur. ideo primatu priuatur.

¶ Utrū iſte ſint quatuor principales paſſiones gaudiū, triſtitia, ſpes ⁊ timor. Art.4.

Ad quartū Sic pcedit. Uř ꝙ non ſint iſte quatuor principales paſſiones, gaudium ⁊ triſtitia ſpes ⁊ timor. augu. in .14. de ciui. dei non ponit ſpem: ſed cupiditatem loco eius. ¶ ꝓ. In paſſionibus anime eſt duplex ordo ſcʒ intentionis ⁊ conſecutionis ſeu generationis: aut ergo principales paſſiões accipiuntur ſecundum ordinem intentionis ⁊ ſic tantum gaudium ⁊ triſtitia que ſunt finales erunt principales paſſiones: aut ſm ordinem conſecutionis ſeu gñationis: ⁊ ſic erit amor pricipalis paſſio nullo ergo modo debent dici quatuor paſſiones iſte principales gaudiū ⁊ triſtitia, ſpes ⁊ timor. ¶ ꝓ. Sicut audacia cauſat ex ſpe, ita timor ex deſperatione: aut ergo ſpes ⁊ deſperatio debent poni principales paſſiões tanꝙ̄ cauſe aut ſpes ⁊ audacia tanquam ſibijpſis affines.

Sʒ ꝯtra Eſt illud, ꝙ Boetius in li. de cōſola. enumerās quatuor principales paſſiones dicit, Gaudia pelle. pelle timorē ſpēꝗ fugato nec dolor adſit.

Rñdeo Dōm, ꝙ he quatuor paſſiones cōiter pncipales eē dñr: quarum due. ſ. gaudiū ⁊ triſtitia principales dicuntur, quia ſunt cōpletiue ⁊ finales ſimpliciter reſpectu oium paſſionū. vnde ad oēs paſſiones cōſequunt vt dr in. 2. ethi. Timor autem ⁊ ſpes ſunt principales nō quidē quaſi completiue ſimpľr: ſed quia ſunt completiue in genere motus appetitiui ad aliqd. Nā reſpectu boni incipit motus in amore: ⁊ procedit in deſideriuʒ: ⁊ terminatur in ſpe: reſpectu vero mali incipit in odio ⁊ pcedit ad fugam: ⁊ terminatur in timore: ⁊ ideo ſolet harum quatuor paſſionuʒ numerus accipi ſm differentiam preſentis ⁊ futuri: motus enim reſpicit futurum: ſed quies eſt in aliquo preſenti. De bono igitur pñti eſt gaudiū, de malo pñti eſt triſtitia, de bono futuro ē ſpes: de malo futuro eſt timor: oēs aūt alie paſſiones que ſunt de bono vel de malo preſenti vel futuro ad has cōpletiue reducuntur. Uñ etiaʒ a quibuſdā dicuntur principales he predicte

quatuor paſſiones: quia ſunt generales: quod quidem verum eſt ſi ſpes ⁊ timor deſignant motum appetitus cōmuniter tendentē in aliquid appetendum vel fugiendum.

Ad primū Ergo dōm, ꝙ aug. ponit deſideriū vel cupiditatem loco ſpei inquātū ad idē pertinere videntur. i. ad bonū futurū. ¶ Ad ſm dōm, ꝙ paſſiones iſte dñr principales ſm ordinē intentionis ⁊ cōplementi: ⁊ quāuis timor ⁊ ſpes non ſint vltime paſſiones ſimpliciter, tñ ſunt vltime in gñe paſſionū tendentium in aliud quaſi in futurū: nec poteſt eſſe inſtantia niſi de ira, que tamen non poteſt poni principalis paſſio: quia eſt quidam effectus audacie, que nō poteſt eſſe paſſio principalis: vt infra dicetur. ¶ Ad tertium dicēdū, ꝙ deſperatio importat receſſum a bono, qđ eſt quaſi ꝑ accidens. Et audacia importat acceſſum ad malum, quod etiā eſt per accidens: ideo he paſſiones non poſſunt eſſe principales: quia quod eſt ꝑ accidēs non poteſt dici principale: ⁊ ſic etiā nec ira poteſt dici paſſio principalis: que conſequitur audaciam.

¶ De paſſionibus anime in ſpeciali ⁊ primo de amore. Qō.26.

Conſequenter Conſiderādū eſt de paſſionib⁹ aie in ſpeciali. Et primo de paſſionib⁹ concupiſcibilis. Scđo de paſſionib⁹ iraſcibilis. ¶ Pria conſideratio erit tripertita. Nā primo cōſiderabimus de amore ⁊ odio. Secundo de cōcupiſcētia ⁊ fuga. Tertio đ delectatiōe ⁊ triſtitia. ¶ Circa amorem conſideranda ſunt tria. Primo de ipſo amore. Secundo de cauſa amoris. Tertio de effectibus eius. ¶ Circa primum queruntur quatuor. Primo vtrum amor ſit in cōcupiſcibili. Secundo vtrum amor ſit paſſio. Tertio vtrum amor ſit ideʒ quod dilectio. Quarto vtrum amor conuenienter diuidatur in amorem amicitie ⁊ in amorem concupiſcentie.

¶ Utrum amor ſit in concupiſcibili. Art.1.

Ad pmū Sic proceditur. Uř ꝙ amor non ſit in concupiſcibili. Dr enim Sap. 8. Hanc. ſ. ſapientiā amaui ⁊ exquiſiui a iuuētute mea: ſed cōcupiſcibilis cū ſit pars appetitus ſenſitiui nō poteſt tendere in ſapientiam que non comprehenditur ſenſu: ergo amor non eſt in concupiſcibili. ¶ ꝓ. Amor videt eſſe idem cuilibet paſſioni. Dicit eñi aug. li. 14. de ciui. dei, Amor inhians habere qđ amatur cupiditas eſt, id autē hñs eoꝗ fruēs letitia: ⁊ fugiens qđ ei aduerſatur timor eſt, idꝗ ſi acciderit ſentiens, triſtitia eſt: ſed non omnis paſſio eſt in concupiſcibili: ſed timor etiam hic enumeratus eſt in iraſcibili: ergo non eſt ſimpliciter dicendum, ꝙ amor ſit in concupiſcibili. ¶ ꝓ. Dyo. in tertio. c. de diui. no. ponit quendam amoreʒ naturalem: ſed amor naturalis magis videtur pertinere ad vires naturales que ſunt anime vegetabilis: ergo amor non ſimpliciter eſt in concupiſcibili.

Infra. ar.2.ad ſecūd. Et.3. fin.2 q.1.ar 2.co. Et d 27.q. art.2. Et m q.8.ar 3.ad.6 Et.3. aia.le 4.co. fin.

Sed contra Eſt, ꝙ philoſophus dicit in 2°. topico. ꝙ amor eſt in concupiſcibili.

In ar.p°.q.29.nō tria noutie.p° i titulo φ bis dr obz z cā.odij .quū enūerant arti.z quū pcedit ad pm.Ex h.n.z p° argu.māi feste hēs malū n solū obz sz cāz eē odij.2° i corpe φ siliitudo iter appetitū nālē z aialē sobrie intelligat.s.pporter sz nās iaiatoz z aiatoz:i illis.n.vt i qōe.23.dcm ē/idē ē ɔsonātia z dissonātia:i istis aliud:sic i illis ɔsonātia ē ppetas in istis ē act° appetit°. 3° i rñsiōe ad pm φ cō sistit i h q obz z cā odij n ē malū simplr:sz malū hui:φ ē qddā ens φ nō est malum huic inquantuz ens: quia sic conuenit:sed inquantum tale ens: quia sic repugnat.p cutiens enim me qddā ens est repugnās mihi: non inquantuz ens/sed soluz inqtū tale scilicet offendēs me:sicut aqua est mala igni iquātuz talis non inquantum ens. ¶Circa eundem primum articulum.dubium occurrit de explanatione odij qd.s. est dissonantia ad apprehensuz repugnās seu malū:odiū enim consonare malo testatur inimicitia/ dum ds malayt mala inimico vult.imo hoc ē odisse velle malum malo. ¶Ad hoc dicitur qd sicut amor diuiditur in amorem amicitie z cōcupiscentie: ita z z odium.Et odium qdem oppositū amori ɔcupiscētie inominatū est:z pōt vocari odiū abominatiōis. Odiū vo oppositum amori amicitie odiū inimicitie vocat. Et sic ɔ amare est velle bonum alicui:duo ex pte obi icludit.s.ly bonum z ly alicui:ita i odij obo duo claudūtur.s.maluz z psona: quāuis āt amor amicitie z ɔcupiscētie vniformiter se hēant ad vtrūq3.s.p modū affirmationis seu ɔsonātie.Odiū tñ inimicitie/z odiū abominatiōis diuisir se hñt ad h.nā odiū inimicitie hz se ad psonā p modū negōnis z dissonātie:ad malū vo p modū affirmatiōis z ɔsonantie.odiū aūt abominatiōis econuerso/ad psonā se hz p modū affirmatiōis z ɔsonātie:ad maluz āt p modū negōis z dissonantie. Quū.n. aliqs odit flagella z similia:ilr qdē dissonat z ea ab affectu suo abnegat:seipz āt vl alterū cui illa nollet affirmat i affectu eiq3 ɔsonat.Ecōtra vo quūq odit qs hoiem ipsum quidem a suo affectu abnegat illiq3 dissonat: sed malis illis consonat/affirmatq3 illa i suo affectu:vult.n.illi malū.Et si diligēter pscrutat° fueris videb φ dissilitudo ista n variat dissonātiā odij a malo obo z cā:qm vtrobiq3 id qd hz rōnem mali obti z cāe odij abnegat ab affectu z dissonat:nā i odio inimicitie psona hz rōnē mali obi z cāe.Et i odio abominationis n psōa sz res mala hz rōnē mali obi z cāe sic i amore amicitie obz amatū ē amic°:z i amore ɔcupiscētie est res ɔcupita.Ulr igit odiū ē dissonātia a malo obo/q2 oz malū obz eē odio hitū:sz q2 diuersum in vtroq3 odio constituitur obiectum:quia vnius persona alterius res:varietas apparet:sz nō est.vnde inimicitia n testatur quod odiuz consonat malo obiecto:sed quod tantuz dissonat ab inimico vt consonet malis illius.vnde testat magnam dissonantiam obiecti.Nec fallaris audiens odium abominationis habere pro obiecto rem non personam. Et putes propterea matrez nō tali odio habere filias quib° optat mortem:vel quia non pt dare eas nuptui:vel quia despicitur a viro suo pter ea.in similibus enim nō habentur odio psone vt psone sz vt res.vñ nō est ad tales odiuz inimicitie:sz abominatiōis soli° vite eax: q2 repugnat dispōni eax vl bz paupratē vl grā cū viro:vel aliqd h°.In cui° signū nihil mali illis vellēt Cui° opm d odio inimicitie scribit i scdo rheto.sz vitā tm earū vt rē eis ɔiā nolunt. Et qd in exēplo matris z filie audis i ceteris/q sūt dñi ad seruos/viri ad vxorē:z vir ad oēs odio hitos n vt psōe sūt:sz vt aliqd illi° q̄si nocuta sūt dicta itelligas:de psonis.n.z reb° formalr iquātū.s.psone z iquātū res:itellige q̄ diximus de obis pprijs vtriusq3 odij. Nec obijcias mihi φ imemor sis supradictorū d idistōne amoris amicitie z ɔcupiscē nūc penes obs distingeris vtrūq3 odium. Nosti.n.φ bom vno° vtpote ex cā integra/ malū āt oifariā vtpote ex pticularib° defectib° dr.Cōstat āt qd amor ex pte bōi/z odiū ex pte mali se h: pp φ n ē mirū si odia distiguūt ex psōa vel re vt obis pprijs odij amor āt n: sz sola hitudo ad personam. z rem diuersimode amataz in quolibet amore distiguit:vt superi° declaratum est.

¶Super arti. 2.

Articulo secūdo obmisso/ex q mēmorie cōmēdabis respōsionē ad pmū z applicabis ad

partis erunt superflue. ¶Pr. Nihil causatur simul a contrarijs causis:sed quedam fiunt ex odio:non ergo omnia sunt ex amore.

Sed contra Est.quod dio. dic 4.ca.de diu.no. φ propter amorem boni omnia agunt quecunq3 agunt.

Respondeo Dicendum, quod omnis agens agit propter finem aliquem:vt supra dictum est: finis autem est bonum desideratum z amatum vnicuiq3.Unde manifestum est quod omne agens quodcunq3 sit,agit quancunq3 actionem ex aliquo amore.

Ad primū Ergo dicendum,φ obiectio illa procedit de amore qui est passio in appetitu sensitiuo existens:nos autem loqmur nunc de amore cōmuniter accepto prout cōprehendit sub se amorem intellectualem,rationalē,animalē naturalez.sic eñ dio.loquit de amore in.4.ca.de diui.no. ¶Ad secundum dōm,φ ex amore sicut iam dcm est,causatur z desiderium,z tristitia,z delectatio:z per cōsequens omnes alie passiones.vnde omnis actio q̄ procedit ex quacunq3 passione,pcedit etiaz ex amore sicut ex prima causa:vnde non superfluunt alie passiones que sunt cause proxime. ¶Ad tertium dōm,φ odium etiam ex amore causatur:sicut infra dicetur.

¶De odio. Qō.29.

Deinde Considerandum est de odio. ¶Et circa hoc qrunt sex.primo,vtruz causa z obiectum odij sit malum.Secundo,vtruz odium causetur ex amore.Tertio,vtrū odium sit fortius quaz amor.Quarto,vtrū aliquis possit habere odio seipsuz.Quinto vtrum aliquis possit habere odio veritatez. 6°.vtrum aliquid possit haberi odio in vlī.

¶Utrū causa z obiectū odij sit malū.Art.1.

Mal.q.12.ā.4.cor.

Ad primū Sic pceditur. Uidetur quod obiectum z causa odij non sit malum:omne enim quod est inquantum huiusmodi bonum est:si igitur obiectū odij sit malū,sequitur quod nulla res odio habeat:sed soluz defectus alicui° rei.quod patet esse falsum. ¶Pr.Odire maluz est laudabile.Unde in laudem quorūdam dicitur 2.macha.3.quod leges optime custodiebantur propter onie pontificis pietatem:z animos odio habentes mala.si igitur nihil odiatur nisi malum,sequitur quod omne odium sit laudabile:quod patet esse falsum. ¶Pr.Idem non est simul bonum z malum sed idē diuersis est odibile z amabile. ergo odium non solum est mali,sed etiam boni.

Sed ɔtra. Odium cōtrariatur amori:sed obiectum amoris est bonum:vt supra dictum est.ergo obiectum odij est malum.

Rñdeo Dōm,φ cum appetitus naturalis deriuet ab aliqua apprehēsione lz non coniuncta,eadem ratio videtur esse de inclinatione appetitus naturalis,z appetit° animalis qui sequitur apprehensionem coniunctam:sicut supra dictum est.in appetitu autem naturali hoc manifeste apparet:quod sicut vnumquodq3 habet naturalem consonantiam vel aptitudinem ad id quod sibi conuenit que est amor naturalis,ita ad id quod est repugnans z corruptiuum habet dissonantiam naturalem que est odium naturale.Sic igitur z in appetitu animali seu intellectiuo amor est consonantia quedam appetitus in id quod apprehenditur vt conueniens:odium vero est dissonantia quedam appetitus ad id quod apprehenditur vt repugnās z nociuum.sicut aūt omne conueniens inquantū huiusmodi habet rationem boni:ita omne repugnans inquantum huiusmodi habet rationem mali. z ideo sicut bonum est obiectum amoris:ita malum est obiectum odij.

Ad primū Ergo dicendum,quod ens inquantum ens nō habet rationem repugnantis:sed magis cōuenientis.quia omnia conueniunt in ente: sed ens inquantum est hoc ens determinatum habet rationem repugnantis in aliqd ens determinatum.z secundum hoc vnum ens est odibile alteri,z est maluz.z si non in se:tamen per comparationem ad alterum. ¶Ad secundum dicendum,quod sicut aliquid apprehenditur vt bonum quod nō est vere bonum,ita aliquid apprehenditur vt malum quod non est vere malum:vnde cōtingit quandoq3 nec odium mali nec amorē boni esse bonum. ¶Ad tertium dicendum, quod contingit idem esse amabile z odibile diuersis.secundum appetitum quidem naturalem,ex hoc quod vnum z idem est conueniens vni secundum suam naturam:z repugnans alteri:sicut calor conuenit igni,z repugnat aque.Sm appetitum vo animalez ex hoc quod vnum z idem apprehendit ab vno sub rōne boni:z ab alio sub rōne mali.

¶Utrum odium causetur ex amore.Art.2.

3.q.26.ā.6.ad 3.z.j.ā.3.co.ā.4.3.ā.19.co.1.

Ad scdm Sic procedit. Uidetur quod amor non sit causa odij.Ea enim q̄ ex opposito diuiduntur naturaliter sunt simul,vt dicitur in predicamentis: sed amor z odium cum sint contraria ex opposito diuiduntur.ergo naturaliter sunt simul.nō ergo amor est causa odij. ¶Preterea. Unum contrariorum non est causa alterius:sed amor z odium sunt contraria.ergo zc. ¶Preterea. Posterius nō est causa prioris:sed odium est prius amore:vt videtur. nam odium importat recessuz a malo:amor vero accessum ad bonum. ergo amor nō est causa odij.

Sz ɔtra Est,quod dicit aug.14.de ciui.dei,quod omnes affectiones causantur ex amore:ergo z odiū cū sit quedam affectio anime,causat ex amore.

Rñdeo Dōm,φ sicut dcm est,amor consistit in quadā conuenientia amantis ad amatū,odium vero consistit in quadam repugnantia vel dissonantia:oz autem in quolibet prius considerare quid ei conueniat,q̄ quid ei repugnet.Per hoc enim aliquid est repugnans alteri,quia est corruptiuum vel impeditiuum eius,qd est cōuenientes.vñ necesse est φ amor sit prior odio:z φ nihil odio habeatur nisi per hoc quod contrariatur conuenienti qd amatur. z sm hoc omne odium ex amore causatur.

Ad primū Ergo dōm,φ in his que ex opposito diuiduntur q̄dam inueniunt q̄ sunt nālr simul z sm rez z sm rōnē:sicut due spēs animalis,vel due spēs coloris. quedam vero sunt simul sm rōnē:sed vnū realr est prius altero z cā eius:sicut patet in spēb° numerorū,figurarū z motuū,:q̄dā vero nō sunt simul nec sm rē nec sm rōnē:sicut suba z accñs.nā suba realr est cā accñtis.z ens sm rōnē prius attribuit substantie q̄ accñti:q2 accidēti nō attribuitur nisi inquātū est in suba: amor aūt z odiū naturaliter q̄dē sunt simul sm rōnē:sz nō realr. vnde nihil prohibet amorem esse cām odij. ¶Ad sm dōm,qd amor z odiū sunt contraria,quando accipiuntur circa idez: sed quando sunt de contrarijs nō sunt contraria:sed seinuicez ɔña: eiusdem enim rōnis est φ ametur aliquid z odiatur eius cōtrarium.z sic amor vni° rei est cā φ eius cōtrariuz odiatur. ¶Ad tertium dōm,φ in executione prius est recedere ab vno termino q̄ accedere ad alterū terminū:sed in intētione est ecōuerso: ppter hoc eñ receditur ab vno termino, vt accedatur ad alterum:motus aūt appetitiuus magis pertinet ad intentionem q̄ ad executionem.z ideo amor est prior odio:cum vtrūq3 sit mot° appetitiuus.

¶Utrū odium sit fortius q̄ amor. Arti.3.

Ad tertiū Sic pcedit.Uī φ odiū sit forti° amore:dicit eñ augu.in li.83.q. Nemo est q̄ nō magis dolorem fugiat q̄ appetat voluptatem:sed fugere dolorē ptinet ad odium:appetitus aūt voluptatis ptinet ad amorē.ergo odiū est fortius amore. ¶Pr.Debilius vincitur a fortiori:sz amor vincitur ab odio:quando.s.amor cōuertitur in odium. ergo odium est fortius amore. ¶Preterea Affectio aie p effectū manifestatur:sed fortius insistit homo ad repellendū odiosum q̄ ad prosequendum amatum.sicut etiā bestie abstinēt a delectabilibus propter verbera.vt aug.introducit in lib.83.q.ergo odiū est fortius amore.

Sed cōtra. Bonū est fortius q̄ malū: q2 malum non agit nisi vtute boni.vt dio.dicit ca.4.de diui.no.sed odium z amor differunt sm differentiā boni z mali. ergo amor est fortior odio.

Rñdeo Dōm,φ ipossibile est effectū sua cā esse fortiorez oē aūt odiuz pcedit ex aliquo amore sicut ex cā: vt supra dcm est:vnde ipole est φ odiū sit forti° amore simplr: sz opz vlterius φ amor simplr loquēdo sit odio fortior. fortius eñ mouet aliqd in finē q̄ in ea q̄ sunt ad finem:recessus aūt a malo ordinatur ad cōsecutionē boni sicut ad finē.vnde simplr loquēdo fortior est mot° aie in bonum q̄ in malū:sed tñ aliqñ, videtur odiū fortius amore pp duo.Primo q̄dē q2 odiū est magis sensibile q̄ amor:cū eñ sensus pceptio sit in quadā immutatione,ex quo aliqd iam imutatū est,nō ita sentit:sicut quādo est in potentia imutari:vnde calor febris ethice quāuis sit maior,non tñ ita sentit sicut calor tertiane.q2 calor ethice iam versus est quasi in habitum z naturam:z ppter hoc ēt amor magis sentit in absentia amati.sicut aug.dicit in.10.de trini.φ amor nō ita sentit cum nō prodit cū indigentia:z pp hoc ēt repugnātia eius qd oditur sensibilius percipit q̄ cōuenientia eius qd amat. Scdo q2 non cōparat odiū ad amorē sibi correspōdentem sm eñ diuersitatem bonorū est diuersitas amorū in magnitudine z paruitate: q̄bus pportionātur opposita odia:vñ odium qd corrñdet maiori amori magis mouet q̄ minor amor.Et p hoc pz rñsio ad pmū. nā amor voluptatis ē minor q̄ amor ɔseruatiōis suijpsi°, cui rñdet fuga doloris:z iō magis fugit dolor q̄ ametur voluptas.

Ad scdm Dōm,φ odiū nūq3 vinceret amorē nisi pp maiorem amorē cui odiū corrñdet:sic hō magis diligit se q̄ amicū: z pp hoc φ diligit se hz odio ēt amicū si sibi cōtrariet. ¶Ad tertiū dōz,φ ideo intēsi° aliquid operat ad repellendū odiosa.q2 odiū est magis sensibile.

¶Utrū aliqs possit habere odio seipsum. Arti.4.

22.q.25 ar.7. Et.2.di. 42.q.2. art.2.q. 2.ad.2. Et ps.10 co.4. Et ephe. 5.lec.6.

Ad quartū Sic procedit. Uidetur φ aliquis possit seipm odio habere.Dicit eñ in psal.Qui diligit iniquitatē odit animā suā:sed multi diligūt iniquitatem. ergo multi oderunt seipsos. ¶Pr.Illum odimus cui volumus z operamur malū:sed qñq3 aliquis vult z operatur sibijpsi malum:puta qui interimūt seipsos.ergo aliqui seipsos habēt odio. ¶Pr.Boetius dicit in.2.de cōsola.qd auaritia facit homines odiosos.ex quo pōt accipi quod ois homo odit auarum: sed aliqui sunt auari.ergo illi odiunt seipsos.

Sz cōtra Est,qd apostolus dicit ad eph.5.qd nemo vnq3 carnem suam odio habuit.

Rñdeo Dōm,φ impossibile est φ aliqs per se loquēdo odiat seipsum.naturaliter enim vnūqdq3 appetit bonum nec pōt aliqd sibi appetere nisi sub rōne boni:nā malum est pter volūtatē:vt dio. dicit.4.ca.de diui.no.amare aūt aliquez est velle ei bonū:vt supra dcm est. vnde necesse est qd aliquis amet seipm: z impossibile est φ aliquis odiat seipsum per se loquendo p accidēs tamē cōtingit φ aliqs seipsum odio habeat: z hoc duplr.Uno modo ex pte boni qd sibi aliquis vult:accidit eñ qñq3 illud qd appetitur vt sm quid bonum esse simplr malū:z sm hoc aliquis per accidens vult sibi malum:qd est odire.Alio modo ex parte suijpsius cui vult bonuz.vnūqdq3 eñ maxie est id qd est principalius in ipso: vnde ciuitas dicitur facere id φ rex facit:quasi rex sit tota ciuitas.Manifestū est ergo qd hō maxime est mens hois.cōtingit aūt φ aliqui estimant se maxime illud qd sunt sm naturā corporalē z sensitiuaz: vnde amant se sm id qd estimant se esse:sed odiūt id qd vere sunt: dū volunt cōtraria rōni.z vtroq3 modo ille qui diligit iniquitatem odit nō solū aiam suam: sed ēt seipm.Et per hoc pz rñsio ad primuz.

Ad scdm Dōm,φ nullus sibi vult z facit malū, nisi inquātum apprehēdit illud sub rōne boni:naz z illi qui interimunt seipsos,hoc ipsuz qd est mori apprehendunt sub rōne boni inquātum est terminatiuū alicui° miserie vel doloris. ¶Ad tertiuz dōm, φ auarus odit aliqd accidens suū:nō tñ ppter hoc odit seipsum. sicut eger odit suā egritudinez ex hoc ipso qd se amat. Uel dōm,φ auaritia odiosos facit alijs nō aūt sibijpsi:quinimo causatur ex inordinato sui amore:sm quem de bonis temporalibus plus sibi aliquis vult q̄ debeat.

¶Utrū aliqs possit odio hre vitatē. Ar.5.

Ad quintū Sic pcedit.Uī qd aliqs nō possit hre odio veritatē.Bonū eñ z ens z verum cōuertuntur:sed aliquis non pōt habere odio bonitatem.ergo nec veritatez. ¶Pr.Oēs hoies naturaliter scire desiderant:vt dicitur in principio metaphy.sz sciētia nō est nisi verorum.ergo veritas naturaliter desideratur z amatur:sed qd naturaliter inest,semper inest:null° ergo potest habere odio veritatem. ¶Pr.Phs dicit in.2. rheto.quod homines amant non fictos:sed nō nisi ppter veritatem.ergo homo naturaliter amat veritatem.non ergo eam odio hz.

Sz cōtra Est,qd apostolus dicit ad gal.4.Factus sum vobis inimicus:verum dicēs vobis.

Respondeo Dicēdum,quod bonum,z verum,z ens sunt idem secundum rem, sed differunt ratione:bonum enim habet rationem appetibilis:non autem ens vel verum:quia bonū est quod omnia appetunt:z ideo bonum secundum rationem boni non potest odio haberi nec in vniuersali nec in particulari:ens autem z verum in vniuersali quidem odio haberi non possunt: q2 dissonantia est causa

postpredicamenta.

¶Super arti.3.

In tertio articulo aduerte prio φ prima rō quare odiū vr forti° mouere:cōsistit in h φ odiū magis ɔsistit i imutatiōe q̄ amor. Qd declarat ex parte obti:q2 scz in amore tam actus q̄ obm cōsonat dispōni amātis:ac p hoc nihil est ex parte obti alteritatis. In odio vero lz actus dispōni odientis ɔsonet:obm vero vtpote malū vt malum dissonat: ac per hoc ex parte obti alteritas quedā inuenitur:z cum mutatio in alteritate cōsistat: magis ad mutatiōis naturā acceder odiū q̄ amor.Et hec rō ponitur in lra: cū dr qd repugnātia eius qd odit magis pcipitur q̄ cōueniētia amati. Aduerte scdo:φ scda ratio z māifestat sensum cōclōnis pncipalis hui° articuli.s.qd odium nō est fortius amore/sed ecōuerso: qd intelligit non de quocūq3 odio relato ad quēcūq3 amorez z econuerso/sed de cōiugatis.Quilz enim amor hz vinctū odiū sibi oppositi z ecōuerso.Et de his est smo cōparatiu°. Et manifestat fortitudinem odij sup amorē extraneū esse nō e: se: sed ex amore ei° cā superante illū alterū amorem:vt rñsiōe ad primū z sm ei pmittur. Et sic ex prima rōne odiū magis quodāmō incitat q̄ cōiugatus amor q2 magis sentitur:z ex scda magis q̄ extrane° amor q2 agit virtute amoris maioris.

¶Super arti.4.

Articlo qrto obmisso:qīn fine tractat° vtemur in articulo quito:aduerte φ aliud est odio haberi:z aliud nō amari:z φ aliud est p se z aliud p accñs. Nihil eñ quātūcūq3 fuerit pticularissimū z minimū bonū sub rōne sue bonitatis repñtatū odio hr p se loquēdo: q2 obo odij ɔriat tota latitudo boni. non amari tñ pōt:q2 nō hz vñ adequet appetitū zc.p accñs aūt pōt partialr bonum odio haberi:per adiunctā.s. rōnem maioris mali:vt quotidie experimur. In communi autem impossibile est:quia qui

22.q.34.ar.1.cor.

Universidad de Deusto Biblioteca

libet odiens aliquid amat: ac per hoc non omne bonuz odit. Et idem est iudicium đ ente z vero in communi: odiens eniz ꝙ cunqꝫ ens aut quodcunqꝫ verum: licet ab illis dissonet / alicui tamen vero z enti remanet consonans ac per hoc nõ abijcit totam entis aut veri latitudinem a suo affectu: sed communis ratio entis z veri sp saluatur ꝯsonans zc.

¶ In vltimo articulo nihil occurrit scribenduz: nisi quod diligenter notetur differentia inter rez: puta calorem vniuersalez vniuersaliter z singularem.

¶ Sup. q. 30. artic. 1.

In questione 30ª omisso primo articulo. In secundo aduerte quatuor. Primo ꝙ distinctio in litera facta superius declarata est: z in sequẽti articulo ampliꝰ patefiet. Scđo ꝙ author ꝓpter annexã cãlitatẽ actiuam finali supiꝰ declaratã icipit a virtute actiua: z dścẽdit ad virtutẽ motiuã finis. Et q̃ finis determinat actiuã sui virtutẽ z finẽ cõstat alr finalizare pñtem alr absentem. ideo ẽt alr agit pñs z absens: z nõ se habẽt absens z p̃sens vt approximatio z elongatio se habent in agẽtibꝰ nãlibus. s. vt cõditiones sine qbꝰ actio ñ fit / ꝫ se habẽt vt virtutes actiue. vbi scito nouitie cõe esse omni actiuo / si agit primũ eẽ passo nec ab hoc exorbitat actiuũ in appetitum tam sensitiuũ ꝙ itellectiuũ: z approximatiõe ipaz deqđ sit nõ esse rõnem aut virtutẽ actiuã / ꝫ cõditionem sine qua nõ: z đ hac vtpote ad cõmunissimũ artificẽ spectante: nõ ẽ sermo hic: sed de presentia z absẽtia reali dr ꝙ concurrunt ad actiuum in appetitum vt in rationes partiales agendi. Ita ꝙ distinguunt spẽ passiones. Integratur enĩ ratio obiecti passionis appetitus sensitiui ex bõitate vel malitia p̃sentia vł absentia vel indifferẽtia z apprehensiõe. Et bonitas quidem z malitia ex natura appetitus exigitur. Omnis enim appetitus ꝑ se appetit bom z fugit malũ: absentia ve

B. ã. 5. cor.

odij, z conuenientia cã amoris. ens aũt z verũ sunt communia oibꝰ: ꝫ i ꝑticulari nihil ꝓhibet quoddam ens, z qđdã verũ odio hri iquãtũ habet rõnẽ ꝯrij z repugnãtis: ꝯrietas eniz z repugnãtia nõ aduersatur rõni entis z veri, sic̃ aduersat rationi boni. Cõtingit ãt verum aliqđ ꝑticulare tripłr repugnare vel contrariari bono amato. Uno modo ẽm qđ veritas est cãlr z originalr i ipsis rebꝰ. z sic homo qñqꝫ odit aliq̃ veritatẽ: dũ vellet non esse verũ qđ est verũ. Alio modo ẽꝫ ꝙ veritas est in cognitione ipsiꝰ hois q̃ ipedit ipm a prosecutione amati. sic̃ si aliq̃ vellent non cognoscere veritatẽ fidei, vt libere peccarẽt ex quorum ꝑsona dr Iob. 22. Scietiã viarum tuarum nolumꝰ. Tertio modo hr odio veritas particularis tãqꝫ repugnãs, put ẽ in intellẽu alterius. puta cũ aliqs vult iacẽ in pcõ odit qđ aliqs ꝟitatẽ circa pctm̃ suũ cognoscat. z secundum hoc dicit aug. l. 10. ꝯfes. qđ homines amant ꝟitatẽ lucẽtẽ: odiunt eã redarguentem. Et ꝑ hoc pꝫ rñsio ad primum.

Ad scđm Dicenduz, ꝙ cognoscere veritatẽ ẽꝫ se est amabile: propter quod dicit aug. quod amant eaz lucentem. sed per accidens cognitio veritatis potest esse odibilis inquantum ipedit ab aliquo desiderato. ¶ Ad tertium dđm, ꝙ ex h̃ procedit quod non ficti amantur quod homo amat secundum se cognoscere veritatez quam homines non ficti manifestant.

¶ Utrũ aliqđ possit hri odio in vł. Arti. 6.

Ad sextũ Sic procedit. Uidet quod odium non possit esse alicuius in vniuersali. Odium enim est passio appetitus sensitiui q̃ mouetur ex sensibili apprehensione: sed sensus non potest apprehendere vniuersale. ergo odium non potest esse alicuius in vł. ¶ p̃. Odium causatur ex aliqua dissonantia que communitati repugnat: sed communitas ẽ de ratione vniuersalis. ergo odium non pt esse alicuius in vł. ¶ p̃. Obm odij est malum: malum aũt est in rebus, z nõ in mente. vt dicit in. 6. methaph. cũ ergo vłe sit solum in mente (que abstrahit vłe a particulari) videtur quod odiũ nõ possit esse alicuiꝰ vłis.

Sz ꝯtra Est, quod philosophus dicit in. 2. rheto. ꝙ ira semꝑ fit inter singularia. odiũ aũt ẽt ad genera: furem enim odit z calũniatorem vnusquisqꝫ.

Rñdeo Dicendum, ꝙ de vłi duplr contingit loq̃. vno mõ ẽm ꝙ subest intentioni vniuersalitatis. alio autez modo dr de nã, cui tał intẽtio attribuit. alia est enim consideratio hois vłis: z alia hois in eo quod ẽ hõ. Si igit vłe accipiat pmo modo: sic nulla potẽtia sensitiue partis neqꝫ apprehensiua, neqꝫ appetitiua potest in vniuersale. q̃ vłe fit per abstractionẽ a mã indiuiduali: i qua radicat ois virtus sensitiua. potest tñ aliq̃ potentia sensitiua, z apprehensiua, z appetitiua ferri in aliqđ vłr: sicut dicimus ꝙ obm visus est color ẽm genus: non q̃ visus cognoscat colorem vniuersalẽ. sed quia qđ color sit cognoscibilis a visu: nõ conuenit colori: inquãtũ est hic color, ꝫ inqꝫtũ est color simpliciter. Sic ꝫ odiũ ẽt sensitiue partis põt respicere aliqđ in vniuersali: quia ex natura cõmuni aliqđ aduersat aiali: z nõ solum ex eo ꝙ est particularis. sicut lupus oui: vnde ouis odit lupuz generałr. Sed ira semꝑ causat ex aliquo particulari. q̃ ex aliquo actu ledẽtis: actus aũt particularium sunt: z propter hoc philosophus dicit quod ira semper est ad aliqđ particulare: odiũ ꝟo põt esse ad aliqđ in genere. sed odium ẽm ꝙ est in parte intellectiua cũ consequat apprehensionẽ vniuersalez intellectus põt vtroqꝫ modo esse respectu vłis.

Ad primũ Ergo dicendum, ꝙ sensus non apprehendit vniuersale prout est vłe: apprehẽdit tamẽ aliquid cui per abstractionem accidit vniuersalitas. ¶ Ad secundum dicenduz, ꝙ id qđ cõmune est omnibꝰ nõ põt esse rõ odij. sed nihil prohibet aliquid esse cõe multis qđ tñ dissonat ab alijs. z sic est eis odiosum. ¶ Ad tertium dđm, ꝙ illa obiectio ꝓcedit de vniuersali ẽm ꝙ substat intẽtioni vniuersalitatis: sic enĩ non cadit sub apprehensione vel appetitu sensitiuo.

¶ De concupiscentia. Questio. 30.

Deinde Cõsiderandũ est de ꝯcupiscẽtia. ¶ Et circa hoc querunt q̃tuor. Primo, vtrũ ꝯcupiscẽtia sit in appetitu sensitiuo tantũ. Scđo, vtrum ꝯcupiscẽtia sit passio specialis. Tertio, vtrũ sint alique concupiscẽtie naturales, z alique non naturales. Quarto, vtrum concupiscentia sit infinita.

¶ Utrũ concupiscentia sit tm̃ in appetitu sensitiuo. Arti. 1.

Ad primũ Sic ꝓcedit. Uř qđ ꝯcupiscẽtia nõ solũ sit in appetitu sensitiuo. est enĩ quedã cõcupiscẽtia sapiẽtie. vt dr sap. 6. cõcupiscentia sapiẽtie perducit ad regnũ ꝑpetuũ: sed appetitꝰ sensitiuus nõ põt ferri in sapiẽtiã. ꝫ cõcupiscẽtia nõ est in solo appetitu sensitiuo. ¶ p̃. Desideriũ mãdatoꝝ dei non est in appetitu sensitiuo. imo apłs dicit ro. 7. Non habitat in me, hoc est in carne mea bonũ: sed desideriũ mandatoꝝ dei sub cõcupiscentia cadit: ẽm illud psal. Cõcupiuit anima mea desi. iustific. tuas. ergo concupiscentia non est solum in appetitu sensitiuo. ¶ p̃. Cuilibet potentie est concupiscibile proprium bonum. ergo concupiscentia est in qualibet potentia anime: et non solum in appetitu sensitiuo. 1. q. 32. ã. 3. ad 3. Et. 3. d. 26. q. 1. ã. 2. co. ã

Sed ꝯ Est, ꝙ dam. dicit: ꝙ irrationale obediens z ꝑsuasibile rationi diuiditur in concupiscentiã et iram, hec autem est irrationalis anime pars passiua, z appetitiua. ergo concupiscentia est in appetitu sensitiuo.

Rñdeo Dđm, ꝙ sicut phs dicit in. 1. rheto. Concupiscentia est appetitus delectabilis, est aũt duplex delectatio: vt infra dicetur: vna que est in bono intelligibili, qđ est bonum rationis: alia que est in bono ẽm sensum. Prima quidẽ delectatio videtur esse anime tantũ. Scđa aũt est anime et corporis. quia sensus est virtus in organo corporeo: vnde z bonum ẽm sensum est bonum totius cõiuncti. talis autẽ delectationis appetitus videtur esse concupiscentia que simul pertineat z ad animam z ad corpus: vt ipsum nomen concupiscentie sonat. vnde concupiscentia ꝓprie loquẽdo est in appetitu sensitiuo: et in vi concupiscibili que ab ea denominatur.

Ad primũ Ergo dđm, ꝙ appetitus sapiẽtie, vel alioꝝ spiritualiũ bonoꝝ interdum cõcupiscentia nominatur: vel ꝓpter similitudinẽ quãdam: vel ꝓpter intẽsionẽ appetitus superioris partis: ex quo fit redũdantia in inferiorez appetitũ vt simul etiã ipse inferior appetitus suo modo tendat in spũale bonũ ꝯñs appetitũ superiorẽ, z etiã ipsum corpꝰ spũalibus deseruiat: sicut in psal. dr, Cor meum: z caro mea exultauerunt in deũ viuum. ¶ Ad scđm dđm, ꝙ desiderium magis ꝑtinere potest ꝓprie loquẽdo non solum ad inferiorem appetitum, sed etiã ad superiorem: nõ enĩ importat aliquã consociationẽ in cupiendo sicut cõcupiscẽtia: sed simplicẽ motũ in rẽ desideratã. ¶ Ad tertium dicendum, quod vnicuiqꝫ potentie anime appetere competit proprium bonum appetitu naturali: qui non seqt apprehensionem: sed appetere bonum appetitu animali qui sequitur apprehensionem pertinet solum ad vim appetitiuam. appetere autem aliquid sub ratione boni delectabilis secundum sensuz ꝙ proprie est cõcupiscere pertinet ad vim cõcupiscibilez.

¶ Utrum concupiscentia sit passio specialis. Arti. 2.

Ad scđm Sic proceditur. Uidetur quod concupiscentia non sit passio specialis potentie concupiscibilis. Passiones enim distinguuntur secundum obiecta: sed obiectum concupiscibilis est delectabile secundum sensum: quod etiam est obiectum concupiscentie secundum phm i. 2. rheto. ꝫ ꝯcupiscẽtia nõ ẽ passio specialis in ꝯcupiscibili. ¶ p̃. Aug. dic̃ i li 83. q. ꝙ cupiditas est amor rerum trãseuntiũ. z sic ab amore ñ distiguit: oẽs ãt passiones speciales abinuicẽ distinguunt: ꝫ ꝯcupiscẽtia nõ est passio specialis i ꝯcupiscibili. ¶ p̃. Cuilibet passiõi ꝯcupiscibilis opponitur aliqua passio spãlis i ꝯcupiscibili: vt supra dictũ est. Sed concupiscentie nõ opponit aliq̃ passio specialis in ꝯcupiscili. dicit. n. dam̃. quod expectatũ bonũ ꝯcupiscẽtiã ꝯstituit presens ꝟo letitiã. silr expectatũ maluz timorẽ, pñs ꝟo tristitiã: ex q̃ vř ꝙ sic̃ tristitia contrariatur letitie. ita timor contrariatur concupiscentie. timor autem non est in concupiscibili sed in irascibili. non ergo concupiscẽtia est specialis passio in cõcupiscibili. 3. d. 26. q. 1. ã. 3. cor.

ro vł p̃ntia (vt i rñsiõe ad pm̃: lra dic) ꝑticuraritati potẽtie rñdet / apphẽsio ꝟo aialitati eiusđ. 3. ꝙ ẽmo pñs ẽ đ distiõe passionũ i gñe nãe tm̃ / ꝯcupiscẽ enĩ delectabile i ꝑpa vł aliena vxore i gñe nãe distinguunt solo nũero sub eadẽ nãe spẽ exñtes: ꝫ i gñe moris sũt diuersarũ spẽꝝ: imo diuersoꝝ generꝝ ꝟtutis z vitij. Quarro ꝙ ex rñsiõe ad. 2. mirãdũ est de gre. de arimino in pmo snia. di. pma. q. 2. ã. 1. dicente: ꝙ nullus doctoꝝ quos vidit tenet cupiditatẽ seu desideriũ distigui eẽntialiter ab amore: pꝫ enim expresse hic z superius. sed forte excusari potest involuntate in qua tñ mãifeste errat / ponens etiã delectationẽ eẽ amorẽ: vt superius dctm̃ est.

¶ Super arti. 3.

In articulo 3. dubiũ occurrit: q̃ male vř assignari distictio cõcupiscentie. omne enim delectabile aialiter ẽ cõueniens apprehensuz. Cibus. n. z potꝰ si nõ apprehẽdantur nõ cõcupiscunt aialr / q̃uis appetant a nã vt pꝫ in melẽcolicis nolentibꝰ comedere. valde. n. egẽt cibo: z tñ nõ cõcupiscũt illuz apphẽdẽtes vł se mortuos vł nõ egẽtes zc.

¶ Ad hoc dicitur qđ obiectio procedit ex malo intellectu distictionis non enim distinguitur delectabile naturale a delectabili rationali / propterea quod illud est cõueniens non apphensum / z hoc est conueniens apprehensum: commune enim est omni delectabili delectatiõe que est passio appetitꝰ esse delectabile apphensum / nec in hoc ponitur differẽtia in litera ꝫ hac communi conditiõe delectabił p̃supposita distictio in lra fit. Ad cuius intellectuz recolito doctrinã de amore superiꝰ traditã. s. ꝙ similitudo seu proportio est propria causa ex parte subiecti disponẽs ad amorem: z dicito qđ cum nec cõcupiscatur nec delectet nisi amatuz sicut duplr aliqs disponitur ad amandũ ita ad cõcupiscẽdum et delectãdum. Est n quidem aliquis dispositus et ex natura et ex estimatione ad amandum aliquid: ex natura quidez ad amandum consonuz nature vt cibum / ex estimatione vero ad amandum consonuz estimantivt adorari. Et similiter aliqua concupiscentia inest nobis ex natura qua s. concupiscimus consona nature nr̃e apphensa tamen: et aliqua inest nobꝫ ex estimatione qua. s. consona cõcupiscimus no-

I. qđ. 31. ar. 3. q. 41. ã. 3. cor. et. q. 77. ar. 5. cõ. 122. qđ. 117. ar. 5. ad 2.

Sed ꝯ Est. quod concupiscentia causatur ab amore. z tendit in delectationem: que sunt passiones concupiscibilis: z sic distinguitur ab alijs passionibus concupiscibilis tanquam passio specialis.

Rñdeo Dicendum, ꝙ sic̃ dcm̃ ẽ, bonũ delectabile ẽm sensuz est communiter obm ꝯcupiscibilis. vñ ẽm eius differentias diuerse passiões ꝯcupiscibilis distinguuntur. Diuersitas ãt obi pt attendi vel ẽm nãm ipsiꝰ obi: vel ẽm diuersitatem in virtute agendi. diuersitas q̃dẽ obi actiui q̃ ẽ secundum rei nãz fac̃ mãlẽ drĩaz passionũ. ꝫ diuersitas que est scđm virtutẽ actiuã, facit formalem drĩaz passionũ: ẽm quã passiones specie drñt. ẽ ãt alia rõ ꝟtutis motiue ipsiꝰ finis vel boni ẽm ꝙ ẽ realr pñs z ẽm quod ẽ absens. naz ẽm ꝙ ẽ pñs fac̃ in seipo q̃escere. secundũ ãt ꝙ ẽ absens fac̃ ad seipm moueri. vñ ipsuz delectabile ẽꝫ sensuz iquãtũ appetitum sibi adaptat quodãmõ z cõformat cãt amorẽ. iquãtũ ꝟo absens attrahit ad seipm cãt ꝯcupiscẽtiã. iquãtũ ꝟo pñs q̃etat in seipo cãt delectationẽ. Sic ꝫ ꝯcupiscẽtia ẽ passio differens spẽ, z ab amore z a delectatione: ꝫ cõcupiscere hoc delectabile vel illđ facit concupiscentias diuersas numero.

Ad primũ Ergo dđm, ꝙ bonũ delectabile nõ est absolute obm ꝯcupiscẽtie: ꝫ sub rõne absentis: sicut z sensibile sub rõne p̃teriti est obiectuz memorie. hmõi eniz ꝑticulares cõditiones diuersificãt spẽm passionũ: vel ẽt potẽtiarũ sensitiue partis q̃ respicit ꝑticularia. ¶ Ad ẽꝫ dđm, ꝙ illa ꝑdicatio est ꝑ cãm nõ ꝑ essentiã. nõ enĩ cupiditas est ꝑ se amor, ꝫ amoris effectꝰ. Uel aliter dđꝫ ꝙ aug. accipit cupiditatẽ large pro quolibet motu appetitus qui põt esse respectu boni futuri. vnde cõprehendit sub se z amorem z spem. ¶ Ad tertiũ dđm, qđ passio q̃ directe opponit concupiscentie innominata est: q̃ ita se hꝫ ad malũ sicut cõcupiscẽtia ad bonũ. sed quia est mali absentis sicut z timor, qñqꝫ loco eius ponitur timor: sicut z qñqꝫ cupiditas loco spei: qđ enĩ est paruum bonũ vel malũ quasi nõ reputatur, z ideo ꝓ omni motu appetitus in bonũ vel in malum ponitur spes z timor: que respiciunt bonum vel malum arduum.

¶ Utrum sint alique cõcupiscentie naturales z alique non naturales. Arti. 3.

Ad tertiũ Sic ꝓcedit. Uidet qđ cõcupiscẽtiarũ nõ sint quedã naturales, z q̃dã non naturales. Concupiscẽtia enĩ pertinet ad appetitũ animalẽ (vt dictũ est) sed appetitꝰ naturalis diuidit ꝯ aialẽ. ꝫ nulla ꝯcupiscentia est nãlis. ¶ p̃. Diuersitas mãlis non facit diuersitatẽ ẽm spẽm, ꝫ solũ ẽm numerũ q̃ q̃dẽ sub arte nõ cadit: ꝫ si q̃ sint ꝯcupiscẽtie nãles z non nãles nõ differũt nisi ẽm diuersa obã cõcupiscibilia. qđ facit materialẽ differẽtiã z ẽm numerũ tm̃. nõ ꝫ diuidende sunt ꝯcupiscentie ꝑ naturales z nõ naturales. ¶ p̃. Rõ ꝯ naturã diuiditur: vt pꝫ in. 2. phy. si igit in hoie est aliqua concupiscẽtia nõ naturalis, opꝫ ꝙ sit rõnalis: sed h̃ esse nõ põt: q̃ ꝯcupiscentia cũ sit passio q̃dã ꝑtinet ad appetitũ sensitiuũ, nõ aũt ad volũtatem que est appetitus rationis. nõ ergo sunt cõcupiscentie alique non naturales.

Sed ꝯ Est, qđ phs in. 4. ethi. et in. 1. rheto. ponit quasdã concupiscẽtias naturales z quasdã nõ naturales.

Rñdeo Dđm, ꝙ sicut dcm̃ est, cõcupiscẽtia est appetitꝰ boni delectabilis. duplr aũt aliquid est delectabile. Uno mõ q̃ est cõueniẽs nature aialis: sicut cibus z potus: z alia hmõi. z hmõi concupiscẽtia delectabilis dr naturalis. Alio modo dicitur aliquid esse delectabile, q̃ est cõueniens animali ẽm apprehẽsionẽ. sicut cũ aliquis apprehendit aliquid vt bonũ z conueniens, per ꝯñs delectat in ipso. z hmõi delectabilis cõcupiscentia dicitur non naturalis: z solet magis dici cupiditas. Prime ergo concupiscentie naturales cões sunt hominibus z alijs animalibus: q̃ vtrisqꝫ est aliquid cõueniens z delectabile ẽm naturam: z in his oẽs hoies cõueniũt: vnde z phs in. 3. ethi. vocat eas cões z necessarias, sed scđe cõcupiscẽtie sunt ꝓprie hoium, quoꝝ ꝓpriũ est excogitare aliqđ vt bonũ z cõueniẽs preter id qđ natura req̃rit: vñ z in primo rheto. phs dicit primas concupiscentias esse irrationales: scđas vero cũ rõne. Et q̃ diuersi diuersimode ratiocinantur: ideo etiam scđe dñr in. 4. ethi. ꝓprie z apposite. s. supranaturales.

Ad primũ Ergo dđm, ꝙ illud idẽ qđ appetitur appetitu naturali põt appeti appetitu aiali cum fuerit apprehensum: z ẽm hoc cibi z potus, et hmõi que appetunt nãliter potest esse concupiscentia naturalis. ¶ Ad scđm dđm, qđ diuersitas concupiscentiarũ naturalium a non naturalibus non est materialis tm̃. sed etiam quodãmodo formalis inquãtũ procedit ex diuersitate obiecti actiui: obm aũt appetitus est bonũ apprehensum. vnde ad diuersitatẽ actiui pertinet diuersitas apprehẽsionis: prout. s. apprehenditur aliquid vt cõueniẽs absoluta apprehensione ex qua causantur concupiscentie naturales quas phs in rheto. vocat irrationales: z prout apprehẽditur aliquid cum deliberatiõe, ex qua causantur concupiscentie nõ naturales que propter hoc in rheto. dñr cum ratione.

¶ Ad tertiũ dđm, ꝙ in homine non solum est ratio vłis que pertinet ad partem intellectiuã: sed etiam ratio particularis que pertinet ad partẽ sensitiuam. vt in. 1. lib. dictum est. z ẽm hoc etiã concupiscentia que est cuz ratiõe potest ad appetitũ sensitiuũ pertine-

bis reputantibꝰ illa esse bona / z prima quidem concupiscẽtia est naturalis scđa rationalis: quia in prima delectabile qđ est obiectũ concupiscentie consonat nature: in scđa rationi. vñ cum in litera distinguitur delectabile incõueniens ẽm naturã z ẽm apprehensionez: ly ẽm denotat causam cõuenientie ex parte subiecti z nõ ex parte obiecti. Cõe enĩ est omni delectabili vt dictum est esse conueniens ẽm apprehensionem ex parte obiecti. si enim nõ apprehenditur vt conueniens nõ delectat vt experientia testat. vnde in concupiscentia rationali apprehensio concurrit dupliciter scilicet obiectiue vt concurrit in alijs: et dispositiue ex parte subiecti: propter quod arist. in primo rheto. capitu. 13. ponit estimationez vel persuasionẽ esse causam huius concupiscentie illius vero naturam.

¶ Circa differentiaz positam in litera inter vtranqꝫ concupiscentiam ẽm communitatem z proprietatem dubiuz occurrit quia concupiscentie proprie sunt etiaz naturales ẽm naturam indiuidualem: vt patet in his quos naturaliter delectat comedere talem vel talem cibum qui alijs abominabilis est.

¶ Ad hoc dicitur qđ delectationes ꝓprie in idiuiduo sunt duplices / quedam consone nature indiuiduali z quedam estimatiõi: seu quod idẽ est consuetudini ex estimatione. prime ad naturales concupiscentias spectant: vt ipsemet aristo. videtur eas locasse in primo rheto. ca. 13. dum concupiscentiã alimẽti / ẽm vnãquãqꝫ speciem naturalez posuit: z i tertio ethi. dixit ꝙ aliquid naturalitatis habent: q̃ alia alijs sunt delectabilia. altere vero ad rationales concupiscentias spectant: iuxta illud quod in hac litera dicitur in calce corporis articuli. s. q̃ diuersi diuersimode ratiocinantur. ideo hmõi delectationes proprie z apposite dñr.

¶ In responsione ad secunduz aduerte ꝙ author indefesse dispõnem specificaꝝ ex obo sequẽs: q̃ in obiecto appetitus duo sunt res z apprehensio. Et ex doctrina p̃cedenti constat ꝙ distinctio rei mãłr concurrens ad distõnem apprehẽsiõis cõfugit apprehensio autem prima distinctiõe diuiditur in absolutã z discursiuã. Intellectꝰ ñ. z rõ prio distigũt apphensionẽ intelle-

Universidad de Deusto Biblioteca

ctiuã/z his pportionalr rñdẽtia distinguũt apphẽsionẽ. Igit author illa q̃ absolute apphẽsa delectãt nãlr ɔcupisci/z illa q̃ rõcinatiõe apphẽsa delectãt rõnalr ɔcupisci/ ac p hoc spẽ distingui infert vt pz in lr̃a: absoluta aũt apphẽsio hoc in loco excludit nõ solũ actualẽ discursum: sz oẽm collationẽ tã formalr q̃z ṽtualr cõiter reqsitã. Dico aũt h̃ ppter psuasos ex ɔsuetudine vel leuitate q̃ etsi absoluta apphẽsiõe formalr ad ɔcupiscẽtiã rõnalẽ moueantr: vr tñ ibi eẽ apphensio discursiua ṽtualr vel ex pcedentiũ efficacia vel ex dispõne subti. Ex hac aũt rñsiõe manifeste liquet: q apphẽsio respectu obi appetitus nõ se hẽat vt approximatio actiui vl passiui/sz vt rõ obiua. Et h̃ sine dubio op oẽs fateri/ex eo qd nihil differt bonũ vel apparens bonũ/z ex eo q appetit⁹ est malus tẽdẽs in ṽe bonũ apphẽsum vt malum. Et hec bñ notabis ɔsco. et quoscũqz ponẽtes apphẽsionẽ vt pñuiz qd ad appetitũ quasi approximationẽ actiui ad passiuũ/z appetitũ ad cognitionẽ q̃si solo ordine pñsuppositiõis cõsequi/qd longe est a phia.

¶Super arti. 4.

In artic. 4. titulo aduerte q cõcupiscẽtiã esse infinitã põt intelligi dupl̃r. i. obiue z sbtiue seu ex pte obi/z ex pte act⁹/ ex pte q̃dez act⁹ esset infinita vel intẽsiue vel fm successionẽ et neutro mõ h̃ directe qrit. Cõia nã qz hec sunt nalibus. Ex pte aũt obi infinita esset si hr̃et obm infinitũ vel fm pfectionẽ vel fm numerum/ vel fm quãtitatẽ ɔtinuã manẽtẽ vel successiuã. Et in h̃ sensu hic qrit an ɔcupiscẽtia sit infinita.

¶In corpore articuli eiusdẽ aduerte q duplex rõ infinitatis cõcupiscẽtie in litera assignata duplicẽ non solũ causam/sed modũ infinitatis in obiecto cõcupiscibilis insinuat. est in primis duplex cã altera se tenẽs ex parte cõcupiscentis: altera ex parte cõcupiti. Ex parte siquidẽ ɔcupiscẽtis duplex assignata est cã concupiscẽdi: scz dispositio naturalis z rõnalis/et ex differẽtia inter nãm z rõnẽ reddit rõ infinitatis ɔcupiscẽtie rõnalis: qz nã determinata est ad certũ/rõ vero non/sed in infinitũ pcedit z sic ex eo qd obm cõcupiscẽtie rõnalis ɔsonat rõni infinitatẽ cõpatitur: sicut etiã ratio apprehẽdens infinitas diuitias/infinitũ honorẽ/infinitũ tp̃s zc. vt quedam bona. Ex parte aũt cõcupiti duplex assignatũ est obm. s. finis z id qd est ad finẽ: z ex hoꝶ differẽtia redditr rõ infinitatis cõcupiscentie rõnalis. Ex eo eñ q id qd est ad finẽ cõmẽsuratũ opz esse fini/oẽ cõcupituz ppter finẽ est finitũ/ac per hoc oẽ naturaliter concupitũ est finitũ: qz ppter nãm vt finẽ. Ex eo aũt q finis sine mẽsura appetitr z ratio de eo qd fm se est ad finẽ facit finẽ/ɔñs est vt rõnalis cõcupiscẽtia sit qñqz infiniti. Nõ est autẽ vtrobiqz idẽ infinitatis modus. s. in honore infinito cõcupito/z in honore vt fine cõcupito. In primo eñ infinitas est quasi pars rei appetite. In scdo vero est modus quo res appetita terminat appetitũ. In primo nãqz reputãte aliquo fore sibi bonũ habere infinitas diuitias/concupiscit hoc totũ. s. diuitias infinitas. In scdo vero reputãte aliquo summũ bonuz in voluptate vel diuitijs zc. concupiscit talia vt finẽ qd est cõcupiscere absqz determinatione alicui⁹ quãtitatis: z est talia absqz mẽsura aliqua terminare appetitũ: z hec infinitas attẽditur penes negationez termini in obiecto. Illa vero quasi penes positionem infinitatis in eodem.

¶Circa scdam rationem dubium occurrit: qz fm illam concupiscẽtia naturalis est infinita: pbatur concupiscentia naturalis aut tendit in aliqd vt finẽ aut non. si tendit in aliqd vt finẽ/ergo est infinita: qz finis infinite appetitur: si in nihil tẽdit vt finem sequitur primo q est infinita; quia ois actus tendens ad aliquid sine fine est infinitus: sequitur scdo q nullum delectabile appetitur naturali concupiscentia: quia delectabile per se appetitur: vt patet in. 10. ethi. z finis rationem habet.

¶Ad hoc dr q concupiscentia naturalis z rationalis ɔueniunt in hoc: q vtraqz est passio animalis: z tendit in bonũ fm vtrãqz rationẽ boni. s. finis et ppter finem/ seu per se z per aliud: vt pz in operibus animaliũ/hirundo enim appetit apprehensam paleam: vt bonũ vtile ad nidum zc. appetit vero apprehẽsum delectabile in cibo z gñatione ppter se/differũt aũt in hoc/q illa a natura dirigitr/hec a rõne. Directio aũt appetitus a natura manifeste pz in appetitu naturali in quo liquet ad nullã rem esse inclinationẽ nisi cõmẽsuratã nãe: nõ eñ mã appetit formã nisi pportionatam sibi: neqz grauitas inclinat ad locũ nisi pportionatũ sibi: nec corp⁹ aialis inclinatr in calidũ et frigidũ nisi pportionatũ sibi. vñ obm appetit⁹ nãlis est cõmẽsuratũ seu pportionatum nãe: z nõ est res fm se/nisi forte p accidẽs res aliq p se sit pportionata illi nature: vt esse deorsum p se cõmẽsuratr graui ac p hoc magis z maxime appetitr. Concupiscẽtia aũt nãlis nõ differt ab appetitu nãli quo ad obm sed quo ad modũ: nãlr si qdẽ z aialiter appetere cibũ necessariũ in mõ differũt: qz aialiter appetere est appetere illũ apprehẽdendo z p actũ pprĩũ nãliter ṽo est absqz cognitiõe z pprio actu inclinationẽ hr̃e in illũ: quatenꝰ igitr cõcupiscẽtia nãlis i obm tẽdit apphẽsuz/in finẽ z p finẽ tẽdit/qtenus ṽo a nã dirigitr/ finis ille modificatr cõmẽsuratõe ad nãz: qd est ordinari ad naturã vt ad finẽ nõ apphẽsum sz inditũ: et propterea repugnat obo ɔcupiscẽtie naturalis appeti vt finis simplr: sic repugnat ei appeti absqz cõmẽsuratiõe ad naturaz. Cõcupiscẽtia aũt rõnalis: qz ad obm apphẽsum fm se tẽdere pmittitr reputãte aliquo id sibi p bono ex ipsa cõmensuratione obiecti ad rationẽ infinitãte modificatũ sortitur obiectũ. Ex eo eñ qd in voluptate cõstituit quis finẽ voluptas non cõmensuratur illius rationi vt appetibile/nisi vt infinite appetibile: vt patet. Est ergo differẽtia inter rationalis z naturalis concupiscẽtie obiectum: non q alterius finis alterius id qd est ad finem obiectum est. s. q alterius. s. rationalis obiectum et est finis z hz totaliter rationem finis/alterius vero. s. naturalis obiectum etsi sit finis/non tñ habet totaliter rationem finis. Tum quia hz rationem modificati ad naturam. Tum quia ordinatur ad alium finẽ inditum. s. naturam. Ad obiectionẽ ergo primã patet quid dicendũ est: formaliter tñ dicito q concupiscentia naturalis tendit in aliquid dupl̃r. s. vt apprehensum z vt inditũ: z concedito q stando in apprehẽsis tendit in aliquid vt finẽ/sed non vt totaliter exercentem rationẽ finis: qz tota latitudo suoꝶ obiectoꝶ apprehensoꝶ subordinatur nature vt fini. Et pptera non est infinita: sed terminata ad obiectum apprehẽsum terminũ z finẽ: vt dictũ est. Ad scdam vero dr eodem modo q delectabile est fm se formaliter obiectũ z finis naturalis cõcupiscentie/modificatũ tñ cõmensuratione ad naturã: z subordinatũ fini indito: qui est natura ppter qd cõcupiscẽtia naturalis ipsius delectabilis satiatur/rationalis autem concupiscentia delectabilis insatiabilis est: vt patet in personis deditis venereis.

¶Circa responsionem ad primum in eodem articulo aduerte qd illa verba litere prout concupiscitur semel in actu replicanda sunt super secundo membro/ita qd sensus est: qd concupiscibile prout concupiscitur semel in actu est finitum: vel quia est finitum secundum rem/vel quia est finitum secundum apprehensionem/potest enim concupisci semel in actu tam finitum quam infinitum secundum rem: vt patet in concupiscente simul infinitam pecuniam/apponit autem has duas conditiones. s. vnitatis z actualitatis: quia plurium concupiscentiarum nihil prohibet infinitum concupiscibile esse obiectum: et similiter concupitum in potentia potest infiniti rationem: sed semel et in actu concupitum non nisi finitum vel vt finitum est. Apposuit autem author verba illa inter primum et secundum membrum in litera: cum tamen vtriqz membro preposita clariorem effecissent sensum predictum vt merita ipsius finiti secundum rem a finito secundum rationem discerneret: finitum enim fm rem ex parte sui habet qd semel in actu concupiscatur. Infinitum aũt non ex parte sui sed rationis apprehẽdentis vt finitum habet vt semel in actu concupiscatur.

re: zpropter hoc appetit⁹ sensitiuus potest etiam a ratione vniuersali moueri mediãte imaginatiõe particulari.

¶Utrũ cõcupiscẽtia sit infinita. Arti. 4.

AD quartũ Sic pcedit. Uidetr q cõcupiscentia nõ sit infinita. Obm. n. ɔcupiscẽtie est bonum q habet rõnẽ finis: q̃ autẽ ponit infinitũ excludit finez: vt dicitur in. 2. meta. ergo cõcupiscẽtia nõ potest esse infinita. ¶ p̃. Concupiscẽtia est boni conueniẽtis cuz procedat ex amore: sed infinitũ cum sit improportionatũ nõ põt esse cõueniẽs. g cõcupiscẽtia nõ põt eẽ infinita. ¶ p̃. Infinita non est trãsire. z sic in eis nõ est peruenire ad vltimum: sed cõcupiscẽti fit delectatio per hoc q attingit ad vltimũ finẽ. ergo si concupiscẽtia esset infinita: sequeretr quod nunquam fieret delectatio.

Sed cõtra Est. q phs dicit in. 1. politice, qd infinito concupiscentie existente homines infinita desiderant.

Rñdeo Dicenduz, q sicut dictũ est: duplex est concupiscentia. vna nãlis z alia nõ nãlis. Nãlis quidẽ cõcupiscẽtia nõ põt esse infinita in actu, est enim ei⁹ q nã reqrit, nã vero semp intendit in aliquid finitũ z certum: vnde nunqz hõ concupiscit infinitum cibuz, vel infinitum potum. sed sicut in natura cõtingit esse infinitum in potẽtia per successionem, ita hmõi cõcupiscentiã contingit infinitã esse per successionem: vt. s. post adeptũ cibũ iterum alia vice desideret cibũ: vel qdcũqz aliud qd nã requirit. qz hmõi corporalia bona cuz adueniunt nõ perpetuo manẽt, sed deficiunt. Uñ dixit dñs samaritane, ioã. 4. Qui biberit ex hac aqua sitiet iterum. Sed concupiscentia nõ naturalis oĩno est infinita. sequitur enim rationem (vt dictũ est) rõni aũt cõpetit in infinitũ procedere: vñ qui concupiscit diuitias põt eas cõcupiscerre nõ ad aliquem certũ terminũ: sed simpl̃r se diuitẽ esse quãtũcũqz põt. Potest z alia rõ assignari scdm phm in 1. politicoꝶ, qre quedã cõcupiscẽtia sit finita, z quedam infinita. semper enim concupiscentia finis est infinita. finis enim per se cõcupiscitr: vt sanitas. vnde maior sanitas magis concupiscitur, z sic in infinitum: sicut si album per se disgregat, magis albũ magis disgregat. cõcupiscẽtia vero eius qd est ad finẽ non est infinita si fm illã mensurã appetitr q̃ cõuenit fini. vñ q̃ finẽ ponũt in diuitijs hñt concupiscẽtiã diuitiarũ in infinitũ: qui autem diuitias appetũt pp necessitatẽ vite, concupiscunt diuitias finitas sufficiẽtes ad necessitatem vite: vt philosophus dicit ibidem. Et eadem est ratio de concupiscentia quaruncunque aliarum rerum.

Ad primũ Ergo dõm, q oẽ qd cõcupiscitr. accipitur vt qddã finitũ. vel qz est finitũ fm rẽ put cõcupiscitr semel in actu. vel qz ẽ finitũ fm q cadit sub apphensione. nõ enim põt sub rõne ifiniti apphẽdi: qz infinitũ est cuius quantitatẽ accipiẽtibus semp ẽ aliqd extra sumere: vt dr in. 3. phy. ¶Ad scdm dõm, q ratio quodãmõ est ṽtutis ifinite inquantũ põt in infinitũ aliqd cõsiderare: vt apparet in additione numeroꝶ z linearũ: vñ ifinitũ aliq mõ sumptũ est pportionatũ rõi. Nã vniuersale qd rõ apphendit est quodãmõ infinituz inquãtũ in potẽtia cõtinet infinita singularia. ¶Ad tertiuz dõm, q ad hoc q aliquis de-

Alias simul.

lectetur non requiritur qd oia consequatur que concupiscit: sed in quolibet concupito quod consequitur delectatur.

¶De delectatione fm se. Questio. 31.

DEinde Cõsiderãdũ est de delectatione et tristitia. ¶Circa delectationẽ vero ɔsiderãda sunt quatuor. ¶ Primo de ipsa delectatione fm se. ¶ Scdo de causis delectationis. ¶ Tertio de effectib⁹ ei⁹. ¶ Quarto de bonitate z malitia ipsius. ¶Circa primũ querũtur octo. ¶Primo, vtrũ delectatio sit passio. ¶ Secũdo, vtrũ sit in tempore. ¶ Tertio, vtruz differat a gaudio. ¶ Quarto, vtrũ sit in appetitu intellectiuo. ¶ Quinto, de comparatione delectationum superioris appetitus ad delectationẽ inferioris. ¶ Sexto, de cõparatione delectationũ sensitiuaꝶ adinuicẽ. ¶ Septimo, vtrum sit aliq delectatio non nãlis. ¶ Octauo, vtrum delectatio possit esse contraria delectationi.

¶Utrum delectatio sit passio. Articulus 1.

1ã.4. ad.1.z.ã 5.co. f. z ad.2. et 4.d.49. q.3.ã.1. q.1.

AD primũ Sic procedit. Ur q delectatio nõ sit passio. Dam. eñ in. 2. li. distiguit opationẽ a passiõe: dicẽs q opatio est mot⁹ qui est fm nãm, passio vero est mot⁹ cõtra nãm. sed delectatio est opatio: vt phs dicit in. 7. z. 10. ethi. g delectatio nõ est passio. ¶ p̃. Pati est moueri: vt dr in. 3. phy. sz delectatio nõ consistit in moueri, sed in motũ esse: causatur enĩz delectatio ex bono iam adepto. ergo delectatio non est passio. ¶ p̃. Delectatio consistit in quadã perfectione delectati: perficit enim operationem vt dicitur in. 10. ethi. sed perfici nõ est pati vel alterari. vt dicitur in. 7. physi. et in. 2. de anima. ergo delectatio non est passio.

& spūs ad interiora reuocant: s3 ex multitudine caloris & spūum in interioribus magnificat cor ad audacter aliqd aggrediēdū vt p3 in iratis: cuius ɔriū in timore accidit. nō ergo timor facit ɔctionē. ¶P̄. Multiplicatis spiritibus & calore in interioribus per ɔctionē, seqtur q hō in vocē ꝓrūpat: vt p3 in dolētibus: s3 timētes non emittūt vocē, sed magis reddūtur taciturni: ergo timor non facit cōtractionē. ¶P̄. Uerecūdia est qdā spēs timoris vt supra dictū est: sed verecūdati rubescūt: vt dicit tullius.4. de tusculanis qōnibus: & phs in.4.ethi. rubor autē faciei nō attestatur contractioni sed cōtrario: nō ergo contractio est effectus timoris.

Sz cōtra Est, q damas. dicit in.3.lib. q timor est virtus sm sistolem. i. sm contractionem.

Rn̄deo Dicēdū, q sicut supra dictū est: in passionibus aie est sicut formale ipse motus appetitiue potētie, sicut aūt māle trāsmutatio corporalis. quorū vnū alteri ꝓportionatur: vnde sm similitudinē & rōnē appetitiui mot9 sequitur corporalis trāsmutatio. quantū aūt ad aialē motū appetitus, timor ɔctionē quādā importat. Cuius rō est: q timor ꝓuenit ex phātasia alicuius mali imminētis, qd difficile repelli pōt (vt supra dictū est) q aūt aliqd difficile possit repelli, ꝓuenit ex debilitate virtutis (vt supra dictū est) virtus aūt quāto est debilior tāto ad pauciora se pōt extēdere: & ideo ex ipsa imaginatione, q causat timorē, sequit qdā cōtractio in appetitu. sicut etiā videmus in morientibus qd natura retrahitur ad interiora propter debilitatē virtutis. & videmus etiā in ciuitatibus q qn̄ ciues timēt retrahūt se ab exterioribus, & recurrūt quātū possunt ad interiora. & sm similitudinē huius ɔctionis q pertinet ad appetitū aialē, sequitur etiā in timore ex pte corporis contractio caloris & spirituum ad interiora.

Ad primū Ergo dicēdū, q sicut phs dicit in li. de problematibus: l3 in timētibus retrahant spūs ab exterioribus ad interiora, nō tn̄ est idē motus spūum in iratis & timētibus. Nā in iratis propter calorē & subtilitatē spūum q proueniūt ex appetitu vindicte interius fit spūum motus ab inferioribus ad superiora: & ideo cōgregantur spiritus & calor circa cor. Ex quo seqtur q irati reddunt prōpti & audaces ad inuadēdū. s3 in timētibus ꝓpter frigiditatē ingrossantē spūs mouētur a superioribus ad inferiora: q qdē frigiditas cōtingit ex imaginatione defectus virtutis: & ideo nō multiplicantur calor & spūs circa cor: sed magis a corde refugiūt. & propter hoc timētes nō prōpte inuadūt: sed magis refugiūt. ¶Ad scdm dicēdū, q nāle est cuilibet dolēti, siue hoi, siue aiali, q vtat qcūq3 auxilio pōt ad repellēdū nociuū pn̄s qd infert dolorē. vnde videmus q aialia dolentia percutiūt vel faucibus, vel cornibus. maximū aūt auxiliū ad oia in aialibus est calor & spūs: & ideo in dolore nā cōseruat calorē & spiritū interius, vt hoc vtat ad repellendū nociuū: & ideo vt phs dicit in li. de problematibus. multiplicatis spiritibus introrsum & calore, necesse est q emittantur p vocē: & ꝓpter hoc dolentes vix se possunt ɔtinere quin clamēt. Sed in timētibus fit motus interioris caloris & spūum a corde ad inferiora vt dictū est: & ideo timor cōtrariatur formationi vocis: q fit per emissionē spūum ad superiora per os: & propter hoc timor tacentes facit. & inde est etiā qd timor tremētes facit: vt dicit phs in lib. de problematibus. ¶Ad tertium dicēdū, q pericula mortis non solum cōtrariantur appetitui animali, sed etiā cōtrariātur nature: & ꝓpter hoc in huiusmodi timore nō solū fit cōtractio ex parte appetitus sed etiā ex parte nature corporalis. Sic em̄ disponitur aial ex imaginatione mortis, contrahens calorē ad interiora, sicut qn̄ naturaliter mors imminet. & inde est q timentes mortez pallescūt: vt dicitur in.3.ethi. sed malum quod timet verecūdia nō opponitur nature, sed solum appetitui animali: & ideo fit qdā cōtractio sm appetitū animalem nō aūt sm naturā corporalē, sed magis anima qsi in se contracta vacat ad motionem spūum & caloris. vnde fit eorū diffusio ad exteriora: & propter hoc verecūdati rubescunt.

12.qō. 47.a.9. ad.3. Et qō. 54.a.2. ad.4. Et qō. 129.ar. 7.cor. Et ps. 11.col.2.

¶Utrum timor faciat consiliatiuos. Articulus.2.

Ad scdm Sic pceditur. Uidet q timor non faciat ɔsiliatiuos. Nō. n. est eiusdē cōsiliatiuos facere & cōsiliū impedire. sed timor cōsiliū impedit: ois. n. passio perturbat qetē, q requirit ad bonū vsuz rōnis: ergo timor nō facit cōsiliatiuos. ¶P̄. Cōsiliū est actus rōnis de futuris cogitātis & deliberātis: sed aliqs timor est excutiens cogitata & mentem a suo loco remouet: vt tullius dicit in.4. de tusculanis questionibus. ergo timor nō facit ɔsiliatiuos, s3 magis impedit cōsiliū. ¶Preterea. Sicut cōsiliū adhibet ad vitāda mala, ita etiā adhibet ad ɔsequēda bona: s3 sicut timor est de malis vitādis, ita spes est de bonis consequendis. ergo timor nō facit magis consiliatiuos q̄ spes.

Sed contra Est, q philosophus dicit in.2.rheto. q timor consiliatiuos facit.

Rn̄deo Dicēdū, q aliqs pōt dici consiliatiu9 dupl. Uno modo a volūtate seu solicitudine cōsiliādi: & sic timor cōsiliatiuos facit: q vt philosoph9 in.3.ethi. dicit, Cōsiliamur de magnis in quib9 quasi nobis ipsis discredim9. Ea aūt que timorem incutiūt nō sunt simplr mala: s3 hnt quādā magnitudinē, tūc ex eo q apprehendunt vt que difficiliter repelli possunt, tū etiā q apprehēdunt vt de ꝓpe existentia: sicut iā dictū est. vn̄ hoies maxime in timorib9 querūt cōsiliari. Alio mō dicit aliquis cōsiliatiuus a facultate bene cōsiliādi: & sic nec timor nec aliqua passio cōsiliatiuos facit: q homini affecto sm aliquā passionē videt aliqd vel mai9 vel min9 q̄ sit sm rei veritatē: sicut amāti vident ea que amat meliora, & timenti ea que timet terribiliora. & sic ex defectu rectitudinis iudicij quelibet passio quantum est de se impedit facultatez bene consiliandi. ¶Et per hoc p3 respōsio ad primum.

Ad scdm Dicēdū, q quāto aliqua passio est fortior tāto magis homo sm ipsam affectus impeditur: et ideo qn̄ timor fuerit fortis vult quidē homo ɔsiliari: sed adeo perturbatur in suis cogitationib9 q cōsilium adinuenire nō pōt. Si autem sit paruus timor qui solicitudinem cōsiliandi inducat nec multū rationē cōturbet: potest etiam conferre ad facultatē bene consiliandi ratione solicitudinis consequentis. ¶Ad.3. dicendū q etiā spes facit consiliatiuos: q vt in.2.rheto. philosoph9 dicit, Null9 cōsiliatur de his de quib9 desperat. sicut nec de impossibilibus: vt dicitur in.3.ethi. timor tn̄ facit magis consiliatiuos q̄ spes: q spes est de bono prout possumus ipsum cōsequi: timor autem de malo prout vix repelli potest: & ita magis respicit rationez difficilis timor q̄ spes. in difficilibus autem maxime in quib9 nobis non confidimus, consiliamur: sicut dictum est.

¶Utrum timor faciat tremorem. Arti. 3.

Ad tertiū Uidet q tremor nō sit effectus timoris. tremor enim ex frigore accidit, videmus enim infrigidatos tremere. timor aūt nō videt causare frigus, sed magis calorē desiccantē: cuius signū est q timētes sitiunt: & pcipue in maximis timoribus sicut p3 in illis qui ad mortē ducuntur: ergo timor nō causat tremorem. ¶P̄. Emissio superfluitatū ex calore accidit. vnde vt plurimū medicine laxatiue sunt calide. sed hmōi emissiones superfluitatū ex timore frequēter cōtingunt. ergo timor videt causare calorē. & sic nō causat tremorē. ¶P̄. In timore calor ab exteriorib9 ad interiora reuocat. si igit ꝓpter hmōi reuocationē caloris in exteriorib9 homo tremit, videt similiter q in omnibus exterioribus membris deberet causari tremor ex timore: hoc autem non videtur: non ergo tremor corporis est effectus timoris.

S.arg.1. ad.2.s. Et ps. 17.co.7

Sed cōtra Est, q tullius dicit in quarto de tusculanis questionib9: q timorē sequit tremor, & pallor, & dentium strepitus.

Rn̄deo Dōm, q sicut supra dictū est, in timore fit quedā cōtractio ab exteriorib9 ad interiora. & ideo exteriora frigida remanēt: & ꝓpter hoc in eis accidit tremor, qui causatur ex debilitate vtutis cōtinentis membra. Ad hmōi aūt debilitatem maxime facit defectus caloris: qui est instrumentū quo anima mouet: vt dicitur in.2. de anima.

Ad primū Ergo dōm, q calore ab exteriorib9 ad interiora reuocato, multiplicat calor interius et maxime versus inferiora. i. circa nutritiuam. & ideo cōsumpto humido cōsequit sitis: & etiā interdū solutio ventris & vrine emissio & qnq3 etiā seminis vel hmōi emissio superfluitatū accidit ꝓpter cōtractionem vētris & testiculorū. vt phs dicit in li. de problematib9. vn̄ p3 solutio ad scdm. ¶Ad tertiū dōm, q q in timore calor deserit cor a superiorib9 ad inferiora tendēs: ideo timentib9 maxime tremit cor & mēbra que hnt aliquā cōnexionē ad pectus, vbi est cor, vn̄ timētes maxie tremūt in voce ꝓpter vicinitatē vocal arterie ad cor. tremit etiā labiū inferius & tota inferior mādibula propter cōtinuationē ad cor. vn̄ & strepitus dētium sequit: & eadē rōne brachia & manus tremūt. Uel etiā q hmōi mēbra sunt magis mobilia propter qd & genua tremunt timentibus: sm illud Esa.35. Confortate manus dissolutas & genua trementia roborate.

¶Utrū timor impediat operationē. Ar.4.

Ad quartū Uidet q timor impediat operationem. Operatio em̄ maxi

Universidad de Deusto Biblioteca

¶ Super.q.45.ar.1.

[I]N tota q̄ō.45.vnū occurrit dubiū.s. malū sit obiectū audacie. aut em̄ est obm̄ ei⁹ p se aut p accñs. si p se ḡ mot⁹ appetitus ꝓsequutiu⁹ est p se re⁹ mali: cuius opp^m dcm̄ est: ⁊ oēs fatent̄ dicētes malū eē qð oia fugiūt: sic bo^m ꝙ oia appetūt. si p accñs ḡ h₃ aliq̄d aliud p se obm̄ sicut p₃ in ceteris opatiōib⁹ sensus itell's ⁊ appetitus: dr̄ em̄ aliq̄ p accñs visa audita intell'a appetita. q: pp alia visa sensata cognita desiderata attingunt ⁊ tūc q̄rat̄ qð ē obiectū p se audacie an bonū an malū. Et auget̄ difficultas: q: autor varie loq̄ vr̄ in ar.2. ad 3^m exp̄sse dicens audaciam respicere malū ⁊ i art.4.ad.2. dicēs obm̄ audacie eē cōpo^m ex bono ⁊ malo. ¶ Ad hui⁹ difficultatis euidentiā dr̄ p̄io. Iste due passiōes.s.audacia ⁊ desperatio simile ingerūt difficultatē quia ista ē ad malū ⁊ illa a bono ac p h̄ cōtra nāe ordinē videt̄ se hēre. sicq̄s tñ aduertat ꝙ in cōcupiscibili cui⁹ obm̄ ē bo^m vl' malū absolute nulla ē h̄ mō passio s₃ re⁹ boni oēs sunt ꝓsecutiue: ⁊ re⁹ mali refutatiue vl' fugitiue cō ijciet ꝙ aliq̄d h₃ ta₃ bo^m q̄m malū ex ly arduo p qð ꝯhit̄ bonū ⁊ malū ad obm̄ irascibil' hñt; tales passiōes. ⁊ ꝯe sic ē: ⁊ ppea i cōcupiscibili nulla tal' passio inuenit̄. q̄d aūt sit illð nō op₃ i extraneo gñe q̄rere q̄m sicut edificatiōes picture ⁊ structure difficiles nō repoñūtur i aliq̄ alio gñe ex difficultate s₃ in mō quēdā sortiunt̄ illi⁹ eiusdē nāe q̄ difficile dr̄. difficultas.n. edificatiōis ad artē edificandi: ⁊ difficultas picture ad artē pingēdi spectat: ita bom̄ difficile ex difficultate ñ ītrat latitudinē mali s₃ īfra boni latitudinē sistit ⁊ similr̄ malū difficile ñ exit mali latitudinē. q: tñ arduū seu difficile i re⁹ dr̄ bonū difficile excedēs mēsurā in mai⁹, eo ipso ꝙ tam difficile ē h₃ vñ a se auertat illū cui ē vel vr̄ sic excessiuū: ⁊ h̄ mō bonū arduū est obm̄ desperatio-

ꝯ.q.23. ar.2.co. fin. Et.i. ꝑti.qō. ar.3.co. Et 22^e. q.123.ā. 3.ad 3^m. et.q.129 artic.6. ad 2^m.

me impeditur ex perturbatione rationis que dirigit in ope. sed timor perturbat rationem: vt dictū est. ergo timor impedit operationē. ¶ P̄. Illi qui faciūt aliquid cū timore, facilius in operatione deficiūt: sicut si aliq̄s incedat sup trabē in alto positā. pp timorē de facili cadit: nō aūt caderet si incederet sup eandem trabem in imo positā pp defectū timoris. ergo timor impedit operationē. ¶ P̄. Pigritia siue segnities est quedā sp̄es timoris. s₃ pigritia impedit operationē: ergo ⁊ timor.

Sed cōtra Est, ꝙ apl's dicit ad phil'.2. Cū metu ⁊ tremore vestrā salutē operamini. qð nō diceret si timor bonā operationē impediret. timor ergo non impedit bonam operationem.

Rñdeo Dðm, ꝙ operatio hois exterior causat̄ quidem ab aīa sicut a p̄io mouente: sed a membris corporeis sicut ab instrumētis. Cōtingit aūt operationem impediri: ⁊ pp defectū instrumēti: ⁊ pp defectū principalis mouētis. Ex pte igit̄ instrumētorū corporaliū timor quantū est de se semp nat⁹ ē impedire exteriorē opationē pp defectū caloris q̄ ex timore accidit, in exterioribus mēbris. sed ex pte aīe si sit timor moderatus nō multū rōnē pturbans cōfert ad bñ operandū inquantū causat quandā sollicitudinem ⁊ facit hominē attētius cōsiliari ⁊ operari. Si vero timor tm̄ increscat ꝙ rationem perturbet, impedit operationē etiā ex parte anime: sed de tali timore apl's non loquitur. ¶ Et per hec patet responsio ap primum.

Ad scðm Dðm, ꝙ illi qui cadūt de trabe in alto posita, patiūtur ꝑturbatiōes imaginatiōis ꝓpter timorē casus imaginati. ¶ Ad tertiū dðm, ꝙ oīs timēs refugit id qð timet: ⁊ iō cū pigritia sit timor de ipsa operatione inquātū est laboriosa impedit operationē: q: retrahit volūtatē ab ipsa. s₃ timor q̄ est de aliis reb⁹ intm̄ adiuuat operationē inquātū inclinat volūtatē ad operandū ea per que homo effugit id qð timet.

¶ De audacia. Questio.45.

[D]Einde Cōsiderandū est de audacia. Et circa h̄ querunt̄ quatuor. ¶ p̄io vtrū audacia sit ꝯria timori. ¶ Scðo quō audacia se habeat ad spem. ¶ Tertio de cā audacie. ¶ Quarto de effectu ipsius.

¶ Utrū audacia sit cōtraria timori. Ar.1.

[A]D p̄rimū Uidet̄ ꝙ audacia nō cōtrariet̄ timori. dicit em̄ augu. in li.83.q. ꝙ audacia vitiū est. vitiū aūt ꝟtuti ꝯriat̄. cū ergo timor ñ sit ꝟtus sed passio, videt̄ ꝙ timori nō ꝯrietur audacia. ¶ P̄. Uni vnū est ꝯriū: sed timori cōtrariatur spes: nō ergo ꝯriat̄ ei audacia. ¶ P̄. Unaqueq₃ passio excludit passionē oppositā: sed id qð excludit̄ p timorē est securitas. dicit em̄ aug.2.confes. ꝙ timor securitati precauet. ergo securitas cōtrariatur timori, non ergo audacia.

Sed ꝯ Est, ꝙ p̄hs dicit in.2.rhe. ꝙ audacia est timori contraria.

Rñdeo Dðm, ꝙ de rōne ꝯriorū est ꝙ maxime a se distēt: vt dicit̄ in 10.meta. Illud aūt qð maxime distat a timore, est audacia. timor em̄ refugit nocumentū futurū ꝓpter eius victoriā sup ip̄m timentē: sed audacia aggredit̄ periculū immīnēs pp victoriam sui supra ipsum periculū. vnde manifeste timori contrariatur audacia.

Ad p̄rimū Ergo dðm, ꝙ ira ⁊ audacia ⁊ omniū passionū nomina dupl'r accipi possunt. Uno modo ꝑm ꝙ importāt absolute motus appetit⁹ sensitiui in aliquod obiectū bonū vl' malū: ⁊ sic sunt noia passionū. Alio modo ꝑm ꝙ simul cū huiusmodi motu importāt recessum ab ordine rationis ⁊ sic sunt noia vitiorū: ⁊ hoc modo loquitur aug. de audacia: sed nos loquimur nūc de audacia ꝑm primum modum. ¶ Ad scðm dðm, ꝙ vni ꝑm idē nō sunt plura ꝯria, sed ꝑm diuersa nihil ꝓhibet vni plura ꝯriari. ⁊ sic dictum est supra ꝙ passiones irascibilis hñt duplicē cōtrarietatē. vnā ꝑm operationē boni ⁊ mali: ⁊ sic timor ꝯriatur spei. aliam ꝑm operationem accessus ⁊ recessus: ⁊ sic timori contrariatur audacia, spei vero desperatio. ¶ Ad tertium dðm, ꝙ securitas non significat aliquid cōtrariū timori, sed solā timoris exclusionem: ille em̄ dicit̄ esse securus qui nō timet. vñ securitas opponit̄ timori sicut priuatio, audacia aūt sicut contrariū: ⁊ sicut cōtrarium includit in se priuationem, ita audacia securitatem.

¶ Utrum audacia consequatur spem. Articulus.2.

[A]D scðm Uidet̄ ꝙ audacia nō cōsequatur spem. Audacia em̄ est respectu malorū ⁊ terribiliū. vt dr̄ in 3.ethi. spes aūt respicit bonū (vt supra dictū est) ergo habēt diuersa obiecta, ⁊ non sunt vnius ordinis. nō ergo audacia cōsequitur spem. ¶ P̄. Sicut audacia cōtrariatur timori, ita desperatio spei: sed timor nō sequitur desperationē, quinimo desperatio excludit timorē vt p̄hs dicit in.2.rhet. ergo audacia nō cōsequit̄ spem. ¶ P̄. Audacia intēdit quoddā bonū. s. victoriam. sed tendere in bonum arduū ꝑtinet ad spem. ergo audacia est idem spei, non ergo consequitur ad spem.

Sed cōtra Est, ꝙ p̄hs dicit in.3. ethi. ꝙ illi qui sunt bone spei sunt audaces. videtur ergo audacia cōsequi spem.

Rñdeo Dðm, ꝙ sicut iam pluries dictum est: oēs hm̄oi passiones anime ad appetitiuā potētiam pertinent. oīs aūt motus appetitiue potētie reducit̄ ad ꝓsecutionem vel fugā. ꝓsecutio aūt vel fuga est alicuius ⁊ per se ⁊ per accidēs. per se quidem est ꝓsecutio boni, fuga vero mali. p accidēs aūt pōt ꝓsecutio esse mali ꝓpter aliquod bonum adiūctū: ⁊ fuga boni ꝓpter aliquod malum adiunctū. qð aūt est per accidēs sequit̄ ad id qð est p se: ⁊ ideo ꝓsecutio mali sequit̄ prosecutionem boni, sicut ⁊ fuga boni sequit̄ fugam mali. Hec aūt quatuor pertinent ad quatuor passiones, nā ꝓsecutio boni ꝑtinet ad spem, fuga mali ad timorem, prosecutio mali terribilis ꝑtinet ad audaciam, fuga vero boni pertinet ad desperationem. vnde sequitur qð audacia consequitur ad spem. Ex hoc enim ꝙ aliquis sperat superare terribile imminens ex hoc audacter insequit̄ ipsum. ad timore₃ vero sequit̄ desperatio: ideo enim aliquis desperat, q: timet difficultatem que est circa bonum sperandum.

Ad p̄rimū Ergo dðm, ꝙ rō sequeretur, si bonū ⁊ malum essent obiecta nō habētia ordinē adinuice₃. sed q: malū h₃ aliquē ordinem ad bonū (est em̄ posterius bono sicut priuatio habitu) iō audacia que insequit̄ malū est post spe₃ que

nis. ⁊ sic malū difficile nō excedēs mensurā i maius, s₃ ex eo ꝙ ē malū habeat vñ auertat, ex eo tñ ꝙ ē velut q̄ddā magnū nō excedēs mēsurā h₃ vñ trahat. vñ autor supius i.q.23.ar.2. dixit ꝙ malū arduū h₃ vt i ip̄m tendat sicut i q̄ddā arduū ⁊ sic mod⁹ mali importatus p ly arduū mēsurate h₃ attrahere ñ cōcupiscibilē cuius ē fugere magis maius malum q̄m min⁹, sed irascibilē cui⁹ ē tā bōa q̄m mala ardua ꝓsed vt op₃. Et h̄ mō saluat̄ ꝙ audacia respicit p se aliq̄ mō suu₃ propriū obiectū nec video al'r ꝓseitatē i ipsa ⁊ desperatione pure sumptis re⁹ p priorū oborū. ꝙ em̄ obm̄ audacie sit difficile malū ex eo pt₃ ꝙ sicut nullus desperat nisi a desiderato ac p h̄ bono ita nullus audet nisi ad timēda ac p h̄ mala. q̄d ad scðm facile patet quō saluat̄ h̄ p se et p accñs ⁊ quare. saluat̄ siquidē p se ob₃ ꝓsequutiōis. i. bonū ⁊ p accñs obm̄ eiusdē. i. malū, ex eo qð obm̄ audacie vt participat ꝑtātis spe₃, vt in lr̄a dr̄ cōpo^m ē ex bono ⁊ malo: ita ꝙ bonū victorie seu repulse subiectiōis imminētis respicit rōe spei qð p inde ē ac dicere ꝙ respicit ex participata spe malū āt respicit rōne sui: pp illud tñ bonū: ē em̄ audacie mot⁹ spei effectus ex pte obi. vñ ꝓuida nā cū egeret aīalia nō solū ꝯsonātib⁹ p se motibus ad oba appetit⁹ bonū. s. ⁊ malū, s₃ et dissonātibus ab eisdē: effecit vt saltē re⁹ cōcurrētium ad motū perseitas saluaret, vt sic mot⁹ oīs appetitus ⁊ si nō ꝑm se cōsideratus vt tñ exercitus cum requisitis ad ipsum p se obiectum sortiatur.

ꝯ.q.25. ar.3.co. et.i.p... q.ar... co... 22^c... 123... 2.ad... et.q.129 ar.7... Et 3... 15.di... ad 2^m... et.3.eth... lect.14. co.3.

¶ Super art.2.

[C]Irca dicta i 2.ar.eiusdē 45.qō. specialiter dubium occurrit q: autor sibiip̄i ꝯriusesse. superius em̄ i.q.25. art.3. exp̄sse dixit qð desperatio est prior timore: ⁊ ꝙ timor sequitur desperationē victorie sicut audacia spei eiusdem. hic vero e perte vult ꝙ desperatio sit effectus timoris sicut audacia spei.

insequit̄ bonū. ¶ Ad scðm dðm, ꝙ etsi bonū simpl'r sit prius q̄m malū, tñ fuga p prius debet̄ malo q̄m bono. sicut insecutio p prius debet̄ bono q̄m malo. ⁊ ideo sicut spes est prior q̄m audacia, ita timor est prior q̄m desperatio. ⁊ sicut ex timore nō semp sequit̄ desperatio, sed q̄n fuerit intēsus: ita ex spe nō semp sequit̄ audacia, sed quādo fuerit vehemēs. ¶ Ad tertiū dðm, ꝙ audacia l₃ sit circa malū cui cōiunctū est bonū victorie ꝑm estimationē audacie, tñ respicit malū: bonū vero adiunctū respicit spes, ⁊ similiter desperatio respicit bonū directe qð refugit: malū vero adiunctū respicit timor. vnde ꝓprie loquēdo audacia nō est pars spei, sed eius effectus: sicut nec desperatio est pars timoris, s₃ eius effectus. et propter hoc etiam audacia principalis passio esse potest.

¶ Utrum defectus aliquis sit causa audacie. Arti.3.

ꝯ.q̄ð.25. ā.3.co.

[A]D tertiū Sic ꝓceditur. Uidet̄ ꝙ defectus aliquis sit cā audacie. Dicit enim philosoph⁹ in lib. de ꝓblematibus: ꝙ amatores vini sunt fortes ⁊ audaces: s₃ ex vino sequit̄ defect⁹ ebrietatis. ergo audacia cāt̄ ex ebrietatis defectu. ¶ P̄. Philosophus dicit in.2.rhetoricorū: ꝙ inexperti periculorū sunt audaces: sed inexperientia defectus quidā est: ergo audacia ex defectu causatur. ¶ P̄. Iniusta passi audaciores esse solent: sicut etiam bestie cum percutiuntur: vt dicitur in.3.ethi. sed iniustū pati ad defectū ꝑtinet: ḡ audacia ex aliquo defectu causat̄.

Sed contra Est, ꝙ philosoph⁹ dicit in.2.rhetoricorum: ꝙ causa audacie est cū in phantasia spes fuerit salutarium vt prope existentiū: timēdorū autem aut nō entiū aut longe entiū: sed id quod pertinet ad defectū vel pertinet ad salutariū remotionē, vel ad terribilium propinquitatē. ergo nihil quod ad defectum pertinet est causa audacie.

Rñdeo Dicendū, ꝙ sicut supra dictum est: audacia consequitur spem ⁊ contrariatur timori. vnde quecūq₃ nata sunt causare spem, vel excludere timorem, sunt causa audacie. Quia vero timor ⁊ spes ⁊ etiam audacia cū sint passiōes quedam consistunt in motu appetit⁹, ⁊ in quadā transmutatione corporali dupliciter potest accipi causa audacie: siue quantū ad prouocationē spei, siue quantū ad exclusionē timoris. vno modo quidem ex parte appetitiui motus: alio vero modo ex parte trāsmutationis corporalis. Ex parte quidē appetitiui motus qui seq̄tur apprehensionē prouocatur spes causans audaciā per ea que faciunt nos estimare ꝙ possibile sit adipisci victoriā. vel ꝑm ꝓpria₃ potentiam: sicut fortitudo corporis, experientia in periculis, multitudo pecuniarum: ⁊ alia huiusmodi siue per potentiā aliorū: sicut multitudo amicorum, vel quorumcūq₃ auxiliantium: ⁊ precipue si homo confidat de auxilio diuino. vnde illi qui se bñ habēt ad diuina audaciores sunt: vt etiam philosophus dicit in.2.rhetoricorū. Timor autem excluditur ꝑm istū modū per remotione₃ terribiliū appropinquantiū: puta q: homo nō habet inimicos, q: nulli nocuit, q: nō videt aliquod periculū imminere: illis enim videntur maxime pericula immīnere qui aliis nocuerunt. Ex parte vero trāsmutatiōis corporalis causatur audacia per prouocationem spei, ⁊ exclusionē timoris: vel ex his que faciūt caliditatē circa cor. vnde philosophus dicit in lib. de partibus animaliū: ꝙ illi qui habent paruū cor ꝑm quantitatē sunt magis audaces: ⁊ animalia habētia magnū cor ꝑm quantitatē sunt timida: q: calor naturalis non tantū potest calefacere magnū cor sicut paruū: sicut ignis nō tantū pōt calefacere magna₃ domū sicut paruā. ⁊ in lib. de problematibus dicit: ꝙ habentes magnū pulmonem sanguineū sunt audaciores propter caliditatē cordis exinde cōsequētē. ⁊ ibidē dicit ꝙ vini amatores sunt magis audaces propter caliditatem vini. vnde ⁊ supra dictum est: ꝙ ebrietas facit ad bonitatem spei: caliditas enim cordis repellit timore₃, ⁊ causat spem propter cordis extensionem ⁊ amplificationem.

Ad p̄rimū Ergo dicendū, ꝙ ebrietas causat audaciam non inquantum est defectus: sed inquantum facit cordis dilatationē: ⁊ inquantum etiam facit estimationē cuiusdam magnitudinis. ¶ Ad.2. dicendum, ꝙ illi qui sunt inexperti periculorum sunt audaciores, non propter defectum sed per accidens: inquantum. s. propter inexperientiam neq₃ debilitatē suā cognoscunt, neq₃ p̄sentiam periculorum: ⁊ ita per subtractionem cause timoris sequitur audacia. ¶ Ad.3. dicendum, ꝙ sicut philosophus dicit in.2.rhetoricorum, Iniustum passi redduntur audaciores. quia estimant ꝙ deus iniustum passis auxilium ferat. ⁊ sic patet ꝙ nullus defectus causat audaciam nisi per accidens: inquantum scilicet habet adiunctam aliquam excellentiam, vel veram vel estimatam, vel ex parte alterius, vel ex parte sui.

¶ Utrum audaces sint promptiores in principio q̄m in fine in ipsis periculis. Arti.4.

[A]D quartū Sic proceditur. Uidetur ꝙ audaces non sint promptiores in principio q̄m in ipsis periculis. Tremor enim ex timore causatur qui contrariatur audacie: vt ex dictis patet. sed audaces quādoq₃ in principio tremunt: vt philosophus dicit in lib. de problematibus: ergo non sunt promptiores in principio q̄m in ipsis periculis existentes. ¶ Preterea. Per augmentum obiecti augetur passio: sicut si bonum est amabile, ⁊ magis bonum est magis amabile: sed arduum est obiectū audacie: agmentato ergo arduo augmentatur audacia: sed magis fit arduū ⁊ difficile periculum quando est presens. ergo debet tunc magis crescere audacia. ¶ Preterea. Ex vulneribus inflictis prouocatur ira: sed ira causat audaciam. Dicit em̄ philosoph⁹ i secundo rhetorico. ꝙ ira est ausiuum: ergo quando iam sunt in ipsis periculis ⁊ percutiuntur, videtur ꝙ magis audaces reddantur.

S₃ ꝯtra Est, ꝙ dicitur in.3.ethi. qð audaces preuolātes sunt ⁊ volētes ante picula, in ipsis autē discedūt.

Rñdeo Dicēdū, ꝙ audacia cū sit q̄dam motus appetitus sensitiui, sequitur apprehensionē appetitiue virtutis, virtus autē sensitiua nō est collatiua, nec inquisitiua singulorum que circunstant rem: sed subitum habet iudicium. Contingit aūt quandoq₃ quod ꝑm subitam apprehēsionem nō possunt cognosci omnia que difficultatem in aliquo negocio afferunt, vnde surgit audacie motus ad aggrediendum periculum. vnde quādo iam experiuntur ipsum periculū, sentiunt maiorem difficultatem q̄m estimauerūt, ⁊ ideo deficiunt. Sed ratio est discursiua omnium que afferunt difficultatē negocio. ⁊ ideo fortes qui ex iudicio ratiōis aggrediuntur pericula, in principio vidētur remissi, quia nō passi: sed cū deliberatiōe debita aggrediuntur: quādo autē sunt in ipsis periculis non experiuntur aliquid improuisum: sed quandoq₃ minora illis que precogitauerūt. ⁊ ideo magis persistunt. Uel etiā q: propter bonū virtutis pericula aggrediuntur: cui⁹ boni volūtas in eis perseuerat quātacunq₃ sint pericula audaces autē propter solam estimationem facientem spem, ⁊ excludentem timorem sicut dictum est.

Ad p̄rimū Ergo dicēdū, qð etiā in audacibus accidit tremor ꝓpter reuocationē caloris ab exterioribus ad interiora sicut etiā in timentibus. sed in audacibus reuocatur calor ad cor: in timentibus autem ad inferiora. ¶ Ad secundum dicēdum, qð obiectum amoris est simpliciter bonū: vnde augmētatum simpliciter augmentat amorē. sed obiectum audacie est compositū ex bono ⁊ malo: et motus audacie in malum presupponit motum spei in bonum: ⁊ ideo si tantū addatur de arduitate ad periculum ꝙ excedat spem, nō sequetur motus audacie, sed diminuitur. si tamen sit motus audacie quanto maius est periculū: tanto maior audacia reputatur. ¶ Ad tertium dicendū, quod ex lesione nō causatur ira nisi supposita aliqua spe: vt infra dicetur. et ideo si fuerit tantum periculum qð excedat spem victorie, nō sequetur ira: sed verum est quod si ira sequatur, audacia augebitur.

¶ Ad hoc dicitur qð desperatio et timor possūt dupliciter cōsiderari. s. ex pte obiecti ⁊ ex pte modi attingendi obiectu₃. si cōsiderentur ex parte obiecti cū obiectū despatiōis sit bonū i timoris vero malum: ⁊ bonū naturaliter sit pri⁹ malo: sic despatio est p̄or timore vt superius in.q.25. declaratū fuit: ⁊ ex hac parte timor nascitur ex desperatiōe: q: s. obiectū desperationis natum est parere obiectū timoris. bonū em̄ arduū estimatū impossibile natu₃ est ꝓponere ꝑuatiōe₃ sui vt quoddā malu₃ superexcedēs: qð est obiectum timoris nō est tamen ista deriuatio timoris ex desperatione ex parte obiecti sic accipiēda vt oporteat obm̄ timoris ex penitus obto desperationis procedere: q̄m hoc est manifeste falsum dū sumus inter spem ⁊ metum: sed q: obm̄ timoris sapit semper aliq̄d de obo despationis nullū em̄ malū h₃ rōnē timēdi nisi q: bonū oppositu₃ existimat̄ vel dubitatur superexcedēs, qð est obm̄ desperationis. Si aūt cōsiderentur ex parte modi attingendi obm̄ cū vtriusq₃ mod⁹ cōsistat in fugiendo ⁊ timori p se despationi aūt per accñs ꝯueniat suū fugere obm̄: et qð est p accidēs dependeat ab eo qð ē p se: ꝯñs ē vt timor sit ex hac parte causa desperationis nō ita ꝙ obm̄ desperationis sit cōpositu₃ ex bono ⁊ malo sicut obm̄ audacie: q̄m vt superius in.q.40.ar.4.ad scð₃ p₃ desperatio ex solo superexcessu boni esse pōt: s₃ ita ꝙ in ipsum bonū superexcedēs estimatū impossibile ferat̄ timor ⁊ despatio: timor q̄dē in supexcessu₃ inquātū impeditiuu₃ boni: ac p hoc malu₃: despatio vero in ip̄m bonū superexcedēs fugiēdo ip̄m: ē aūt rō mouēs ad ꝓponēdū ex hac pte timorē vt habeatur p se obm̄ fuge in desperāte sicut i audace: cū em̄ bonū ab oib⁹ appetat̄ ⁊ a desperāte fugiat̄: palā est ꝙ nō fugit̄ inquātū bonū: nec inquantum maius bonum: sed ratione alicuius impedimenti saltem est excessus estimat⁹

3.ethic. lect.14. co.3.

Universidad de Deusto Biblioteca

ipolis: ⁊ qꝛ ipediēs bonū mali rōnē idu=it: ex hac pte timoꝛ i choat ðspationē. Timoris aūt noie hoc in loco nō intelligo timorē ꝑprie dictuꝫ vt ē passio irascibilis distincta ꝯ fugā q̄ est q̄rta passio cōcupiscibilis ꝯria desiderio sꝫ vt icludit illā ita qd despatio fugit bonū excedēs pp fugā mali impedientis puta ipsi⁹ excessus/q̄ includit in timore: ⁊ nō ꝑprie ⁊ pp timorē illi⁹ excessus difficilis impedientis ipolis ⁊c. Experimur em̄ ꝙ cognita ipolitate ꝯseq̄ndi aliq̄d, desperam⁹ ab illo: nihil timētes ⁊ rō hui⁹ est qꝛ ipolitas seu difficultas cōsequēdi: si ex hoc ipso ꝙ ipedit bonuꝫ ꝯsequendum statim hēat: vñ iduat rōnē mali: ac ꝑ h̄ sit obm abominationis seu fuge iclusē i timore/ nō tñ hꝫ vñ iduat rōnē mali ardui: qꝛ tñ est impedimētū bōi ardui: lꝫ nō sit malū arduū autoꝛ timoris noie vs⁹ ē. despatio igit̄ ex pte obi cā ē timoris: tioꝛ ꝟo ex pte modi attingēdi obm cā ē despatiōis q̄ sit vt ñ eq̄lr fiāt de spatio ⁊ audacia a timore ⁊ spe. nā audacia a spe ⁊ ex pte obi (bonū.n.ē p⁹ malo) ⁊ ex pte modi: qꝛ ꝓsequntio boni rōe ꝓsequtiōis mali oriť despatio autē ex pte mōi tm̄ ex tioꝛe seu abominatiōe nascit̄.

22ᵉ. q̄ō. 158. ā. 8. coꝛ. et. 3. ði. 5. q. 2 ā. 2. coꝛ.

¶Sup. q. 46. arti. 1.

In art. 1. q. 46. i rñsione ad. 1. aduerte ꝙ illa ꝟba lr̄e ad irā terminaṫ: pñt hr̄e duos sens⁹, p̄m⁹ ē ꝙ singuli mot⁹ irascibilis s. mot⁹ spei ⁊ motus ðspatiōis ⁊ reliq̄ terminaṫ ad irā: sic dixim⁹ ꝙ amoꝛ terminatur ad delectationē. ⁊ h̄ sensus ē falsus: h.n. spes termiaṫ ad irā vt pꝫ. 2⁹ ē ꝙ oēs passiōes irascibilis terminaṫ ad irā. i. finiunt i ira tāq̄ i vltia passiōe: ⁊ h̄ ē dicē ꝙ ira ē vltia passio: seu vltim⁹ mot⁹ hui⁹ po^e ⁊ notioꝛ. ⁊ ꝑpea denoiauit po^am ⁊ h̄ sensus est ver⁹: vt pꝫ ex superius dictis.

¶Super. ar. 2.

In ā. 2. eiusdeꝫ q. 46. scito ꝙ distictio fctā i lr̄a: ꝙ mot⁹ appetitus ferť in obm per

¶De ira secundum se. Questio. 46.

Deinde Cōsiderandū est de ira. Et p̄mo de ira ƀm se. Secundo de cā factiua ire et remedio ei⁹. Tertio de effectu ei⁹. ¶Circa p̄mū q̄runť. 8. Primo, vtrū ira sit passio spālis. Scdo, vtrū obm ire sit bonum an malū. Tertio, vtrū ira sit in cōcupiscibili. Quarto, vtrū ira sit cū rōe. Quinto, vtrū ira sit nāliꝛ q̄ concupiscētia. Sexto, vtrū ira sit grauioꝛ q̄ odiū. Septio, vtrū ira solū sit ad illos ad q̄s est iustitia. Octauo, de spēb⁹ ire.

¶Utrū ira sit spālis passio. Arti. 1.

Ad primū Sic pcediť. Uť ꝙ ira nō sit passio spālis. Ab ira em̄ denoiatur potētia irascibilis: sed hui⁹ potētie nō est vna tm̄ passio, sed multe: ergo ira nō est vna passio spālis. ¶P̄. Cuilibet passioni spāli est aliq̄d cōtrariū: vt patet inducenti per singula: sed ire non est aliqua passio cōtraria: vt supra dictū est: ergo ira non est passio spālis. ¶P̄. Una spālis passio nō icludit aliā: sed ira includit multas passiones: est em̄ cū tristitia ⁊ cū spe ⁊ cum delectatione: vt patet per phm in. 2. rheto. ergo ira non est passio specialis.

Sꝫ ꝯtra Est, ꝙ damas. ponit irā specialem passionem. Et similiter tullius quarto de tusculanis q̄ōnibus.

Rñdeo Dōm, ꝙ aliq̄d dr̄ gn̄ale dupl'r. Uno mō per p̄dicationē sicut animal est gn̄ale ad oia animalia. Alio modo ꝑ cām sicut sol est causa gn̄alis oium que gn̄anť in his inferiorib⁹: ƀm diony. in. 4. ca. de di. no. Sicut enim genus cōtinet multas dr̄ias potestate ƀm similitudinē māe, ita causa agens continet multos effect⁹ ƀm virtutem actiuā: cōtingit aūt aliquē effectū ex cōcursu diuersarū cārū ꝓduci. Et qꝛ ois cā aliquo mō in effectu manet, pōt etiā dici tertio mō, ꝙ effect⁹ ex cōgregatione multaruꝫ cārū product⁹ hꝫ quādā gn̄alitatē inquantum continet multas cās quodāmō in actu. Primo ergo mō ira nō est passio gn̄alis: sed condiuisa alijs passionib⁹: vt supra dictū est. Silr aūt nec scdo mō: nō ē em̄ cā aliarū passionū: vt supra dictū est: sed ꝑ hūc modū pōt dici gn̄alis passio amoꝛ vt pꝫ ꝑ aug. in. 4. de ciui. dei. Amoꝛ em̄ est p̄ma radix oiuꝫ passionū: vt supra dictū est. Sed tertio mō pōt ira dici passio gn̄alis, inq̄ū ex cōcursu multarū passionū cātur: nō em̄ insurgit motus ire nisi pp aliq̄ tristitiā illatā, ⁊ nisi adsit desiderū ⁊ spes vlciscēdi: qꝛ vt p̄hs dicit in. 2. rhe. irat⁹ hꝫ spē puniēdi: appetit em̄ vindictā vt sibi posſem. vñ si fuerit multū excellēs ꝑsona q̄ nocumētū intulit nō sequiť ira: sed solū tristitia: vt Auicen. dicit in lib. de anima.

Ad primū Ergo dōm, ꝙ vis irascibilis denoiaṫ ab ira, nō qꝛ ois mot⁹ hui⁹ potētie sit ira: sed quia ad irā terminanť oēs mot⁹ hui⁹ potētie: ⁊ inter alios eius mot⁹ iste est manifestioꝛ. ¶Ad ƀm dōꝫ, ꝙ ex hoc ipso ꝙ ira cātur ex ꝯtrarijs passionib⁹, s. a spe que est boni: ⁊ a tristitia q̄ est mali, includit in seipsa ꝯtrarietatē: ⁊ ideo non hꝫ cōtrariū extra se: sicut etiā in medijs coloꝛibus nō inuenitur cōtrarietas nisi q̄ est simpliciū coloꝛū ex quib⁹ causantur. ¶Ad tertiū dicēdū, qd ira includit multas passiones non quidē sicut genus species: sed magis secundū continentiam cause ⁊ effectus,

¶Utrum obiectum ire sit bonum vel malum. Arti. 2.

Ad scdm Sic ꝓcediť. Uideť qd obiectū ire sit malū. Dicit em̄ greg. nice. ꝙ ira est quasi armigera cōcupiscētie inquātum. s. impugnat id qd cōcupiscētiā impedit: sed omne impedimentū hꝫ rōnem mali. ergo ira respicit malū tanq̄ obiectū. ¶P̄. Ira ⁊ odiū cōueniunt in effectu, vtriusq̄ em̄ est inferre nocumētū alteri: sed odiū respicit malū tāq̄ obiectū: vt supra dictū est: ergo etiā et ira. ¶P̄. Ira causatur ex tristitia: vnde philosophus dicit in. 7. ethi. quod ira operatur cum tristitia: sed tristitie obiectum est malum, ergo ⁊ ire. (ſ. ar. 3. et 6. coꝛ.)

Sed ꝯtra Est, qd aug. dicit in. 4. confes. ꝙ ira appetit vindictā: sed appetitus vindicte est appetitus boni: cū vindicta ad iustitiam pertineat. ergo obiectū ire est bonū. ¶P̄. Ira semp est cū spe: vñ ⁊ delectationē causat vt dicit p̄hs in. 2. rheto. sꝫ spei ⁊ delectatiōis obiectū est bonū. ergo ⁊ ire.

Rñdeo Dicēdū, ꝙ motus appetitiue virtutis sequiť actū virtutis apprehēsiue. vis aūt apprehēsiua dupl'r aliq̄d apprehēdit. vno modo per modū icōplexi: sicut cū intelligimus q̄d est homo. alio modo ꝑ modū cōplexi: sicut cū intelligimus albū inesse homini. Uñ vtroq̄ mō vis appetitiua pōt tendere in bonū ⁊ malū. ꝑ modū q̄dē simplicis ⁊ icōplexi: cū appetitus simpl'r sequiť, vel inheret bono: vel refugit malū. ⁊ tales motus sunt desiderium ⁊ spes, delectatio ⁊ tristitia, ⁊ alia hmōi. Per modū aūt cōplexi, sicut cū appetitus fertur in hoc ꝙ aliqd bonū vel malum insit vel fiat circa alterū, vel tendēdo in hoc, vel refugiendo ab hoc. sicut manifeste patet in amore et odio, amamus em̄ aliquē inquātum volumus ei inesse aliq̄d bonū, odimus autē aliquē inquātū volumus ei inesse aliqd malū. ⁊ similiter est in ira: quicūq̄ em̄ irascitur, querit vindicari de aliquo, et sic motus ire tendit in duo. s. in ipsam vindictā quā appetit ⁊ sperat sicut qddā bonū. vnde ⁊ de ipsa delectatur. tendit etiā in illum de quo querit vindictā sicut in cōtrariū ⁊ nociuū: qd pertinet ad rationē mali. Est aūt duplex differētia attendēda circa hoc ire ad odium ⁊ ad amorē. Quarū prima est qd ira per se respicit duo obiecta, amoꝛ vero ⁊ odiū quandoq̄ respiciūt vnū obiectū tantū: sicut cū dicitur aliq̄s amare vinū vel aliquid hmōi, aut etiā odire. Scda est: qꝛ vtrūq̄ obiectorū qd respicit amoꝛ est bonū: vult enim amans bonū alicui tanq̄ sibi conuenienti. vtrūq̄ vero horū que respicit odiū habet rationē mali: vult enim odiens malū alicui tāq̄ cuidam inconuenienti. Sed ira respicit vnū obiectū ƀm rōnem boni. s. vindictam quā appetit, et aliud ƀm rationē mali. s. hominem nociuum de quo vult vindicari: ⁊ ideo est passio quodam modo cōposita ex cōtrarijs passionibus. ¶Et ꝑ hoc pꝫ rñsio ad obta.

¶Utrum ira sit in concupiscibili. Arti. 3.

Ad tertiū Sic ꝓcediť. Uideť ꝙ ira sit in cōcupiscibili. Dicit em̄ tullius in. 4. de tusculanis q̄ōnibus, ꝙ ira est libido quedam: sed libido est in cōcupiscibili. ergo ⁊ ira. ¶P̄. Augustinus dicit in regula qd ira crescit in odiū. Et tullius dicit in eodē libro, ꝙ odium est ira inueterata: sed odiū est in cōcupiscibili sicut amoꝛ: ergo ira est in concupiscibili. ¶P̄. Dam. et gre. nice. dicūt, ꝙ ira cōponitur ex tristitia ⁊ desiderio: sed vtrūq̄ horum est in cōcupiscibili. ergo ira est in concupiscibili. (22ᵉ. q̄ō. 162. ar. 3. coꝛ. et 3. di. 26. q. 1. ar. 2. coꝛ. et sen. 3. fin.)

Sed cōtra. Uis concupiscibilis est alia ab irascibili. si igitur ira esset in concupiscibili, nō denominaretur ab ea vis irascibilis.

Rñdeo Dicēdum, qd sicut supra dictū est: passiones irascibilis in hoc differunt a passionibus concupiscibilis, quod obiecta passionum cōcupiscibilis sunt bonū ⁊ malum absolute, obiecta autē passionum irascibilis sunt bonū ⁊ malum cū quadam eleuatione ⁊ arduitate. dictū est aūt quod ira respicit duo obiecta. s. vindictā quā appetit: ⁊ eum de quo vindictā querit. ⁊ circa vtrūq̄ quādam arduitatē ira requirit: nō em̄ insurgit mot⁹ ire nisi aliq̄ magnitudine circa vtrūq̄ existente. q̄cunq̄ em̄ nihil sunt, aut modica valde, nullo modo digna estimamus: vt dicit philosophus in. 2. rheto. vnde manifestum est, quod ira non est in concupiscibili: sed in irascibili.

Ad p̄mū Ergo dōm, ꝙ tullius libidinē nominat appetitum cuiuscūq̄ boni futuri nō habita discretiōe ardui vel nō ardui. ⁊ ƀm hoc ponit irā sub libidine: inquantū est appetitus vindicte: sic aūt libido cōis est ad irascibilē ⁊ cōcupiscibilē. ¶Ad ƀm dicēdū, quod ira dicitur crescere in odium: nō quod eadem numero passio que prius fuit ira postmodum fiat odium per quādam inueterationē, sed per quādā casualitatē: ira

modū icōplexi ⁊ ꝑ modū cōplexi itelligit formal'r ⁊ explicite: vt pꝫ in numeratis passionib⁹ ꝑ modū incomplexi. Desideriū em̄ ⁊ spes si cōsiderenť obā/ƀm implicita cōpl'onē hñt: nullus em̄ desiderat nisi sibi vel alteri bonū: ⁊ silr nullus sperat bonū nulli. Sed si ƀm explicita obta cōsiderenť incōplexio inueniť: ē em̄ desideriū abñtis boni et spes futuri. Amare aūt est velle bonū alicui: vt in. 2. rheto. dr̄ vbi explicite pꝫ applicatio huius ad h̄ ex pte obiecti. Intendit ergo autoꝛ ꝙ q̄dam passiones sunt quarū obiecta consistunt explicite in applicatiōe hui⁹ ad h̄: quedā aūt nō. Et ex hoc soluūť due obiones. pria est de spe ⁊ desiderio quo cōpuť inter eas que ꝑ modū incōplexi sūt: cū respiciant bonū ⁊ personā. Scda est quo amoꝛ cōcupiscētie quo amaṫ vinū: respicit vnū obiectū tm̄: cū sibi ameť vel alteri vt superius ēt dictū fuit. ⁊ simil'r de odio abominatiōis: pꝫ em̄ vtriusq̄ solutio qꝛ. s. non explicite impoꝛtāt applicationē huius ad hoc in obo: sicut cū amatur amic⁹ aut irascimur alicui/aut odio habemus aliquē odio inimicitie: in his em̄ trib⁹ solis explicita applicatio hui⁹ ad hoc in obiecto apparet ⁊c.

¶Super arti. 5.

22. q̄ō. 156. ar. 4. coꝛ.

In artic. 5. obmissis. 3. ⁊. 4. in rñsione ad. 1. dubiū nouitioꝛū occurrit: quo pacto rō sedat irā iquātū iratus nō total'r audit iperiū rōnis oppositū nāq̄ apparet: dū iratus nō obediēs rōni: magis ꝓsedť: vt experiētia testatur.

¶Ad hoc dr̄ prio explanando snīam autoris: deinde verba intēdit author qd qꝛ rō duplici actu referť ad irā. s. nūcij ⁊ precepti: ⁊ nūciantē quidē semp se exhibet rō: qꝛ ipsam irā respicit nūciādo cām vindicte. ꝑcipiētē ꝟo nō semper se exhibet qꝛ moderamē ire precipiēdo faceret quod nō semper accidit id circo ratio est causa ire/inquātū nunciat ⁊ est cā mansuetudis inquātū ꝑcipit mode

enim ꝑ diuturnitatē cāt odiū. ¶Ad tertium dōm, ꝙ ira dr̄ cōponi ex tristitia ⁊ desiderio: non sicut ex partib⁹: sed sicut ex causis. dictū est autem supra ꝙ passiones concupiscibilis sunt cause passionum irascibilis.

¶Utrum ira sit cū ratione. Art. 4.

Ad quartū Uideť qd ira non sit cū rōe. Ira em̄ cū sit passio quedā est in appetitu sensitiuo: sed appetitus sensitiuus nō sequiť rōnis appꝛhensionē, sꝫ sensitiue partis. ergo ira nō est cū rōne. ¶P̄. Aialia bruta carent rōne: ⁊ tñ in eis inueniť ira. ergo ira nō est cū rōne. ¶P̄. Ebrietas ligat rationeꝫ, adiuuat autem ad irā. ergo ira non est cum ratione.

Sed ꝯ Est, ꝙ p̄hs dicit in. 7. ethico. ꝙ ira cōsequiť rōneꝫ aliqualiter.

Rñdeo Dōm, ꝙ sicut supra dictū est: ira est appetitus vindicte. hec aūt collationem impoꝛtat pene infligēde ad nocumentū sibi illatū: vñ in. 7. ethi. dicit p̄hs ꝙ syllogizans cōferēdo, q̄m opꝫ total'r oppugnare irasciť cōfestim. cōferre aūt ⁊ syllogizare est rōnis: ⁊ ideo ira est quodāmō cū rōne.

Ad primū Ergo dōm, ꝙ mot⁹ appetitiue ꝟtutis pōt esse cū rōne dupl'r. Uno mō cū rōne p̄cipiente. et sic volūtas est cū rōne. vñ ⁊ dr̄ appetit⁹ rōnalis. Alio mō cū rōne denunciante. ⁊ sic ira est cū rōne. Dicit em̄ p̄hs in lib. de problematibus, ꝙ ira est cū rōne nō sicut p̄cipiente rōne, sed vt manifestāte iniuriā: appetitus em̄ sensitiuus immediate rōni nō obedit, sed mediante voluntate. ¶Ad scdm dōm, ꝙ bruta animalia habēt instinctū nālem ex diuina rōne eis inditū ꝑ quē hñt motus interioꝛes ⁊ exterioꝛes siles motib⁹ rōnis: sicut supra dictū est. ¶Ad tertium dōm, ꝙ sicut dr̄ in. 7. ethi. ira audit aliqual'r rōnem sicut nūciantem ꝙ iniuriatum est ei: sed nō perfecte audit: qꝛ nō obseruat regulā rōnis in rependēdo vindictam ad irā. ergo requiriť aliquis act⁹ rōnis ⁊ addiť impedimentū rōnis. vñ p̄hs dicit in lib. de problematib⁹, ꝙ illi q̄ sunt multū ebrij tanq̄ nihil habētes de iudicio rōnis nō irascūtur, sed q̄n sunt parū ebrij irascunť, tanq̄ habentes iudicium rationis sed impeditum.

¶Utrū ira sit nāliꝛ q̄ cōcupiscētia. Art. 5.

Ad q̄ntū Sic procediť. Uideť ꝙ ira sit nāliꝛ q̄ ꝯcupiscētia. ꝑpriuꝫ em̄ hois dr̄ ꝙ sit aial māsuetuꝫ nā: sꝫ māsuetudo opponiť ire. vt dicit p̄hs in. 2. rheto. ergo ira nō est nāliꝛ q̄ cōcupiscētia: sed oio vr̄ esse ꝯ hois nāꝫ. ¶P̄. Rō ꝯ nām diuidiť. ea ei q̄ ƀm rōnē agūt nō dicimus ƀm nām agere: sꝫ ira est cū rōne, cōcupiscētia aūt sine rōne: vt dr̄ in. 7. ethi. ergo cōcupiscētia est nāliꝛ q̄ ira. ¶P̄. Ira ē appetit⁹ vīdicte: cōcupiscētia aūt maxie ē appetit⁹ delectabiliū ƀm tactū. s. ciboꝛū ⁊ venereoꝛū. hec autem sunt magis nālia hoi q̄ vindicta. ergo concupiscētia est naturalioꝛ q̄ ira.

Sꝫ ꝯ Est, ꝙ p̄hs dicit in. 7. ethi. ꝙ ira est naturalioꝛ q̄ cōcupiscentia.

Rñdeo Dicēdū, ꝙ naturale diciť illud qd causať a nā: vt pꝫ in. 2. physi. vñ vtrū aliq̄ passio sit magis vel min⁹ naturalis, cōsiderari nō pōt nisi ex cā sua: cā aūt passionis (vt supra dictū est) dupliciter accipi pōt. Uno modo ex parte obiecti. Alio mō ex pte subiecti. Si ergo cōsidereť cā ire ⁊ cōcupiscentie ex parte obiecti: sic cōcupiscētia ⁊ maxime ciboꝛū ⁊ venereoꝛū naturalioꝛ est q̄ ira, inquātū ista sunt magis nālia q̄ vindicta. Si aūt cōsidereť cā ire ex pte subiecti: sic quodāmō ira est nālioꝛ, ⁊ quodāmō cōcupiscētia. Pōt ei nā alicuius hois cōsiderari vel ƀm nām gn̄is, vel ƀm naturam spēi, vel ƀm cōplexionē ꝑpriā indiuidui. Si igiť cōsidereť nā gn̄is q̄ est nā huius hois inquātum est aial: sic nāli⁹ est ꝯcupiscētia q̄ ira. qꝛ ex ipsa nā cōi hꝫ hō quādā inclinationē ad appetendū ea q̄ sunt cōseruatiua vite: vel ƀm spēꝫ vel ƀm indiuiduū. Si aūt cōsideremus nāꝫ hois ex pte spēi. s. inquātū est rōnalis, sic ira est magis nālis hoi q̄ cōcupiscētia: inquātū ira est cū rōne magis q̄ cōcupiscentia. vnde p̄hs dicit in. 4. ethi. ꝙ hūani⁹ est punire qd ꝑtinet ad irā, q̄ mansuetū esse. vnūq̄dq̄ em̄ nāl'r insurgit ꝯ ꝯria ⁊ nociua. Si vero cōsidereť nā hui⁹ indiuidui ƀm ꝑpriā cōpl'onē, sic ira nālioꝛ est q̄ cōcupiscētia: qꝛ. s. habitudinē nālē ad irascēdū q̄ est ex cōpl'one, magis de facili seq̄tur ira q̄ cōcupiscētia vel aliq̄ alia passio. Est em̄ homo dispositus ad irascēdū ƀm ꝙ hꝫ colericā cōplexioneꝫ: colera autem inter alios humoꝛes citius moueť. assimilať em̄ igni. ⁊ ideo magis est in promptu, vt ille qui est disposit⁹ ƀꝫ nālē cōpl'onē ad irā ꝙ irascať, q̄ de eo q̄ est disposit⁹ ad cōcupiscēdū ꝙ concupiscat: et propter hoc p̄hs dicit in. 7. ethi. ꝙ ira magis traduciť a parentibus in filios quam concupiscentia.

Ad p̄mū Ergo dōm, ꝙ in hoie ꝯsiderari pōt ⁊ nālis cōpl'o ex parte coꝛpis, q̄ est tempata: ⁊ ipsa rō. Ex parte igitur cōpl'onis coꝛpalis nāl'r hō ƀm suā speciem est nō hñs superexcellētiam neq̄ ire neq̄ alicuius alterius passionis ꝑpter tēpamentum sue cōpl'onis: alia ꝟo aialia ƀm ꝙ recedūt ab hac qualitate cōpl'onis ad dispōneꝫ alicuius cōpl'onis extreme, ƀm hoc etiā nāl'r disponunť ad excessum alicui⁹ passionis: vt leo ad audaciā, canis ad irā lepus ad timorem: ⁊ sic de alijs. Ex pte vero rōnis est nāle hoi ⁊ irasci, ⁊ mansuetū esse: ƀm ꝙ rō q̄dāmō cāt irā, inquātū nūciat cām ire: ⁊ quodāmō sedat irā, inq̄tū irat⁹ nō total'r audit iperiū rōnis: vt supra dictū ē. ¶Ad ƀm dōm, ꝙ ipa rō ꝑtinet ad nām hois: vñ ex hoc ipso ꝙ ira ē cū rōne, seqť ꝙ ƀm aliquem modum sit hoi nālis. ¶Ad tertiū dōm, ꝙ ratio illa ꝓcedit de ira ⁊ de concupiscentia ex parte obiecti.

¶Utrū ira sit grauioꝛ q̄ odium. Arti. 6.

Ad sextū Sic ꝓcediť. Uť ꝙ ira sit grauioꝛ q̄ odiuꝫ. Diciť em̄ prouer. 27. ꝙ ira non hꝫ miam: nec erūpēs furoꝛ: odiū aūt q̄n̄q̄ hꝫ miam: ergo ira est grauioꝛ q̄ odium. ¶P̄. Maius est pati malū, ⁊ de malo dolere q̄ simpl'r pati: sed illi q̄ hꝫ aliquem odio, sufficit ꝙ ille quē odit patiať malū, irato aūt nō sufficit sed querit ꝙ cognoscat illud ⁊ de illo doleat: vt dicit p̄hs in. 2. rheto. ergo ira est grauioꝛ q̄ odiū. ¶P̄. Quāto ad cōstitutionē alicuius pl'a ꝯcurrūt, tanto vr̄ esse stabilius sicut hītus permanētioꝛ, ē q̄ ex pl'ib⁹ actib⁹: causať: sed ira cātur ex cōcursu pluriū passionum (vt supra dictū est) non autem odium: ergo ira est stabilioꝛ ⁊ grauioꝛ quam odium.

Sed ꝯ Est, ꝙ aug. in regula: odiū cōparat trabi: iram vero festuce.

Rñdeo Dōm, ꝙ spēs passionis ⁊ rō ipsius ex obo pensať est aūt obm ire ⁊ odij idē subto. nā sicut odiens appetit malū ei quē odit, ita irat⁹ ei cōtra queꝫ irasciť: sed nō eadem rōne: sed odiens appe

rando, ⁊ qꝛ nunciare necessario concurrit ad irā ⁊ semper: precipere aūt nō, ideo in coꝛpe articuli ex q̄rto ethi. dictū (ꝙ humanius est punire q̄ māsuetū esse) ex hac radice verificať. Uerba aūt litere accipiēda sunt specificatiue. Ita ꝙ ly inquātū iratus nō totaliter audit imperiū rōnis determinat cōditioneꝫ ƀm quā ira subtrahibilis est imperio rōnis: qꝛ em̄ opposita hñt fieri circa idē ƀꝫ eādē conditionē/ira nata est obedire ⁊ nō obedire/moderamē suscipere ⁊ non suscipere sub imperio rōnis: ac si dixisset ꝙ ira inquātū subest rōni nuncianti est ab ea: i quātū ꝟo subest rōni moderanti sedať ab ea. Ita ꝙ rō ex illo actu sedat iram: q̄ pōt audiri ⁊ nō audiri ab irato: ob cuius nō auditionē dr̄ iratus nō total'r audire imperium rationis.

¶Super art. 6.

In articulo sexto i coꝛpore aduerte ꝙ ira et odium inimicitie cōparanť ⁊ discutiunť: ⁊ non odium abominationis: illud enim est quod vult maluꝫ malo non hoc: infirmus enim qui odit suam egritudinē nulli vult malum: ⁊ iust⁹ de se dicens: iniquos odio habui: nulli malum voluit: sed iniquitatē odio habuit ⁊ abominatus est.

¶In codē. 6. articulo dubium adhuc est quia differētia inter iram ⁊ odium inimicitie falsa videtur: qꝛ aut est sermo de malo illi cui appetitur aut simpl'r. Si p̄mo mō non est differētia inter irā ⁊ odiū: q̄m vtrobiq̄ appetiť malum illi: vindicta em̄ est maluꝫ punito. Si scdo mō sequiť ipossibile. s. ꝙ ad malū vt malū possit esse ꝓsequtio appetit⁹. ptꝫ enim ꝙ odiens affectat malū qd illi qui odio habetur vult. ¶Ad hoc dicitur ꝙ hic est sermo de malo illi: sed formaliter scilicet sub rōne mali ⁊ i hoc differt odiū ab ira: quia ira malum respicit indutum iusti vindicatiui rōne: odiū aūt malū nudum ƀm se: ⁊ licet sit impol'e appetitū ꝓsequi per se malū appetēdi: nō tñ ē ipol'e appetituꝫ ꝑ se

22ᵉ. q̄ō. 158. ā. 4 Et mal. q. 12. arti. 4.

Universidad de Deusto Biblioteca

tit malũ inimici inquantũ eſt malũ, iratꝰ aũt appetit malũ eiꝰ cõtra quē iraſcit̃, nõ inquã tum eſt malũ: ſed inquantum hʒ quādā rõnē boni. ſ. prout eſtimat illud eſſe iuſtũ inquantum eſt vindicatiuuz: vnde etiā ſupra dictuz eſt, ꝙ odiũ eſt per applicationē mali ad malum, ira aũt per applicationem boni ad malum. Manifeſtũ ē aũt ꝙ appetere malũ ſub rõne iuſti minus hʒ de rõne mali, quaʒ velle malum alicuius ſimplr̃. Velle em̄ malũ alicuius ſub rõne iuſti põt eſſe etiā ſm virtutē iuſtitie: ſi precepto rationis obtēperetur: ſed ira in hoc ſolũ deficit ꝙ nõ obedit rõnis precepto in vleiſcendo: vnde manifeſtum eſt qd odium eſt multo deterius ⁊ grauiꝰ quaʒ ira.

Ad primũ Ergo dõꝫ, ꝙ sicut i itellectu ẽ aliq̃ spẽs q̃ ẽ silitudo obti, ita opꝫ in volũtate ꝛ in q̃libet vi appetitiua eẽ aliq̃d q̃ iclinet in suũ obm: cum nihil aliud sit actus appetitiue ṽtutis quã inclinatio q̃dã: vt supra dctm̃ est. Ad ea g̃ ad q̃ sufficiẽter iclinat p nãꝫ ipsi9 poc, ñ idiget aliq̃ q̃litate iclinãte: sꝫ q2 necessariũ ẽ ad finẽ humane vite ꝙ vis appetitiua iclinet ad aliq̃d determinatuꝫ, ad qd nc̃ iclinat ex nã poc (q̃ se hꝫ ad multa ꝛ diuersa) iõ neẽe est ꝙ in voluntate ꝛ in alijs virib9 appetitiuis sint quedã q̃litates inclinantes, que dñr hitus. ¶ Ad scdm dõm, ꝙ intells agẽs est agens tm̃ ꝛ nullo mõ patiẽs: sꝫ volũtas ꝛ quelibet vis appetitiua est mouẽs ꝛ motũ: vt dr in.3. de aĩa. ꝛ ideo nõ est silis rõ de vtroqꝫ: nam esse susceptiuũ hitus cõuenit ei qd est quodãmõ in potẽtia. ¶ Ad tertium dõm, ꝙ volũtas ex ipsa nã potẽtie inclinat in bonũ rõnis: sꝫ q2 hoc bonũ multiplr diuersificat, necessariũ est vt ad aliq̃d determinatum bonũ rõnis volũtas per aliquem habitũ inclinetur, ad hoc ꝙ sequatur promptior operatio.

¶ Utrum in angelis sit aliquis habitus. Art.6.

AD sextũ Uidet ꝙ in angelis nõ sint habitus. Dicit em̃ maximus cõmentator dio. in.7. ca. de ce. hierarchia. Non cõuenit arbitrari ṽtutes intellectuales. i. spirituales more accidentium queadmodũ ꝛ in nobis sunt, in diuinis intellectibus. s. angelis esse: vt aliud in alio sit sicut in subiecto: accidens em̃ omne illinc repulsum est. sed oĩs habitus est accidens. ergo in angelis nõ sunt habitus. ¶ P̃. Sicut dio. dicit in.4. c. de ce. hierar. Sancte celestiũ essentiarũ dispositiones sup oĩa alia dei bonitatẽ pticipant: sed semp qd est p se est prius ꝛ potius eo qd est p aliud: ergo angeloꝝ essentie p seipsas pficiunt ad conformitatem dei: nõ ergo p aliquos habitus. ꝛ hec videt esse ratio maximi qui ibidẽ subdit. Si em̃ hoc esset: nõ vtiqꝫ maneret in semetipsa harũ essentia: nec deificari p se quantũ foret poss valuisset. ¶ P̃. Habitus est dispõ quedã vt dr in.5. metaph. sꝫ dispõ vt ibidem dr, est ordo hñtis ptes: cũ ergo angeli sint simplices sube videtur ꝙ in eis non sint dispositiones ꝛ habitus. 3.51.ar.1.co.

Sed cõtra Est, ꝙ dio. dicit.7. ca. ce. hierar. ꝙ angeli prime hierar. noiantur calefaciẽtes, ꝛ throni, ꝛ effusio sapientie manifestatio deiformis ipsorum habituum.

R̃ñdeo Dicendum, ꝙ q̃dã posuerũt in angelis non esse habitus: sꝫ q̃cũqꝫ dñr de eis, essentialr dñr. vnd maximus post p̃dicta ṽba q̃ induximus dic̃. Habitudines earũ atqꝫ virtutes que in eis sũt essentiales sũt pp imãlitatẽ, ꝛ hoc ẽt simplicius dicit in cõmẽto p̃dicamẽtoꝝ. sapia que est in aĩa hit9 est, que autem in intellu suba: oĩa. n. que sũt diuina ꝛ p se sufficientia sũt ꝛ in seipsis exñtia. q̃ q̃dem positio ptim hꝫ ṽitatem: ꝛ partim ꝯtinet falsitatem. Manifestum est. n. ex premissis ꝙ subꝫ habitus non est nisi ens in potentia. Consideraẽtes igit p̃dicti commentatores ꝙ angeli sũt imãles: ꝛ ꝙ nõ est in illis potentia. materie s̃m hoc ab eis hitum excluserunt ꝛ oẽ accñs. Sed quia licet in angelis nõ sit potentia mãe, est tm̃ in eis aliqua potentia (esse. n. actum purum est propriũ dei) iõ inquantum inuenitur in eis de potentia: intm̃ in eis pñt habitus inueniri. Sed q2 potẽtia materie ꝛ potentia intellectualis substantie non est vni9 rõnis: ideo per consequens nec habitus vnius rationis est vtrobiqꝫ. vnde simplicius dicit in commento p̃dicamentoꝝ, ꝙ habitus intellectualis substãtie nõ sunt similes his q̃ sunt hic habitibus: sed magis sunt similes simplicibus ꝛ immaterialibus speciebus quas continet in seipsa. Circa huiusmodi tñ habitũ alr se habet itellectus angelicus: ꝛ alr itellectus humanus. Intellectus enim humanus cum sit infimus in ordine intellectuum est in potentia respectu omnium itelligibiliũ: sicut materia prima respectu oĩum formarum sensibiliuꝫ: ꝛ iõ ad oĩa itelligenda indiget aliquo habitu: sed intellect9 angelicus nõ se hꝫ sicut pura potẽtia in genere intelligibiliũ: sed sicut actus quidã. nõ autẽ sicut actus purus: hoc em̃ solius dei est, sed cũ permixtiõe alicuius potentie, ꝛ tanto minus hꝫ de potentialitate quanto est superior. ꝛ ideo vt in primo dictum est, inquantum est in potentia indiget perfici habitualiter p aliquas species intelligibiles ad operationem propriam: sed inquantum est actu per essentiam suam potest aliqua intelligere, ad minus seipsum, ꝛ alia secundum modum sue substantie. vt dicitur in lib. de causis, ꝛ tanto perfectius quanto est perfectior. Sed quia nullus angelus pertingit ad perfectionem dei, sed in infinitum distat, propter hoc ad attingendum ad ipsum deum per intellectum ꝛ voluntatem, indigent aliquibus habitibus tanquam in potentia existens respectu illius puri actus. vnde dio. dicit, habitus eorum esse deiformes quibus scilicet deo conformantur. habitus autem qui sunt dispositiones ad esse naturale non sunt in angelis, cum sint immateriales.

Ad primum Ergo dicendum, quod verbũ maximi intelligendum est de habitibus ꝛ accidẽtibus materialibus. ¶ Ad secundum dicendum, quod quãtum

¶ Super art.5.
IN artic.5. eiusdẽ qõnis q̃nquagesime aduerte ꝙ ex rñsiõe ad primũ ꝛ tertiũ colligit diuersa rõ necessitatis habit9 i intellectu ꝛ in voluntate ren nãlium. nã in intellectu ẽ necessitas simplr: qm̃ nisi determinet aliq̃ spẽ intelligibili nihil intelligere põt. in volũtate vero ẽ necessitas ad bñ eẽ: qm̃ nullũ ẽ bonũ infra nãle obm volũtatis qd volũtas nõ possit velle: lꝫ nõ ita ꝓmpte absqꝫ qualicũqꝫ q̃litate supaddita: ꝛ h̃ insinuauit lr̃a dicẽs ad h̃ ꝙ sequat promptior opatio: de necessitate aũt supnãliũ hituũ iferius dicet. habes q̃qꝫ hic expresse i rñsione ad 2m ꝙ q̃libet appetitus est mouẽs ꝛ motus in gñe cause efficientis: vt pꝫ in lr̃a.
¶ Super art.6.
IN artic.6. eiusdẽ qõnis scito 1o ꝙ auerrois in.12. metaph. cõto 25. ꝯcordat cũ negãtib9 hit9 ꝛ quecunqꝫ accñtia a substãtijs sepatis, ꝛ apd ipsos nõ icõuenit itelligẽtias cõtẽtas eẽ cognitiõe illa iferiorũ saltẽ quã s̃m ꝓpriã essentiam sortiant. Diuus aũt thomas ampliori cognitiõe intelligẽtias donauit in p̃ma pte: p̃ter illã p eẽntiaꝫ apposuit iditã p spẽs q̃s hic hit9 vocat. Scito scdo ꝙ sic essentie ꝛ poc angelice sunt alterius rõnis a nostris ita ꝛ hit9: ꝛ propterea nõ q̃ras i eorũ hitib9 oẽs illas cõdõnes q̃ de nr̃is sunt enũerate i qõe precedẽte: sed sicut nãe sunt magis vnite: ita ẽt ꝛ hituũ. nec opꝫ ꝙ poa in eis sit dispõibilis p plura diuersimode cõmẽsurabilia nisi rõne pluriũ spẽrũ q̃ ad itellectũ q̃uis q̃ ad volũtatẽ multiformitas inueniat s̃m bonũ ꝛ malũ: ꝛ concurrentes actus ad bene vel male velle: ꝛ vt in rñsione ad tertiũ dr9 saluant ibi ptes. i. ptialia. Scito tertio nouitie ꝙ angelum pticipare ab exteriori vt in rñsione ad scdm dr cõtingit 2r. prio q̃si aduentitiã q̃litatẽ ab ex suscipiẽdo: ꝛ hoc

3.q.49 ar.4. Et.2.di. 27.ã.1. ad.2.et 3.di.23. q.1.ar.1. co.ꝛ di. 27.q.2. ar.3.ad 3m. Et veri.q. 20.ar.2 cor. Et virt.q.1. ar.1.co.

nõ neẽe est ponere i ãgelo habit9 supnãles. scdo q̃si ꝯgenitã a datore nãe sicut grauia ꝛ leuia hñt motũ a gñante: ꝛ h̃ mõ neẽe est põere in ãgelo habit9 nãles spẽrũ itelligibiliũ: lr̃a g̃ q2 i corpe articuli nõ solũ respcũ alioꝝ itelligibiliũ: sꝫ ẽt respectu dei neciuꝫ põit hitũ i ãgelis manifeste apit exercitatis i doctrina authoris ꝙ cõiter tã de hitu nãli q̃ꝫ supnãli loq̃t: qm̃ cõstat apd ipm ãgelos p nullũ hitũ itelligẽ deũ nãlr / sꝫ ꝓpa suba vti vt spẽ itelligibili ad intelligẽdũ deũ: vt in.1.lib. patuit sꝫ ad supnãlẽ cognitionẽ diuio lumie supaddito egẽt: ꝛ sic rñsio ad scdm de vtroqꝫ participationis mõ ab extraneo intelligi potest.

¶ Super.q.51.ar.1.
IN corpore articuli primi.q.51. duplex occurrit dubiũ. Primũ est circa dr̃iaꝫ iter ichoationẽ hit9 ex pte aĩe i pte apphẽsiua ꝛ appetitiua q̃re i itellu ponit inchoatio quãtũ ad ipaꝫ subaꝫ hit9 in volũtate nõ: aut eniꝫ p ichoationẽ talẽ itẽdit aliq̃d actuale sup ipm intellm: aut nõ. si itẽdit aliq̃d actuale: sedt ꝙ intellectus poss nõ est a pno sic tabula rasa ꝛ pura potentia: q2 hꝫ hmõi actũ supadditũ: si nõ: sedt ꝙ par sit rõ de itellectu ꝛ appetitu: i vtroqꝫ em̃ nõ sunt semina ṽtutũ ꝛ iad p̃ncipia nãlis proptitudo pp quã videt nãlr inesse nob s̃m cognitionẽ ꝛ appetitum. ¶ Scdm ẽ de cã hui9 assignata i lr̃a: vr em̃ iplicare ꝛ in se ꝛ cũ supradictis / i se q̃dẽ q2 ponit iclinationẽ ad ꝓpa oba spectare ad hitũ: ꝛ nõ spectare ad ipm sꝫ ad potẽtiã: cũ p̃dictis aũt q2 i articulo q̃nte qõnis p̃cedẽtis dictũ est hitũ i volũtate poni pp iclinationẽ ad ꝓpa oba: quod hic negatur.
¶ Ad primã dubitationẽ dr ꝙ p̃supposito ꝙ intells agẽs nõ est habit9 p̃ncipioꝝ q̃ ponit vn9 ex q̃nqꝫ habitib9 itellectualibus.6. ethi. qd nõ est difficile persuadere: duo errores cauendi sunt h̃. alt ne putem9 pueril vnã pte hit9 q̃ dr intells fieri ab intra ꝛ alterã ab ex: ꝛ propterea ichoationẽ ei9 poni a nã pfectionẽ q̃ nũcupat ab ex. Alter ne putem9 totã illaꝫ q̃dẽ q̃litatẽ q̃ est hit9 ꝯgenitã vt coeuã itellect9: sꝫ impeditã propter absentẽ notitiã terminoꝝ / p̃mũ eniꝫ repugnat idiuisibilitati itelligibilis q̃litatis: scdm ṽo pure poc q̃ intells in pno est sicut tabula rasa: putãdũ aũt magꝫ est ꝙ sicut nutrire ꝛ augere q̃ nãles sũt act9 aie nõ q̃litercũqꝫ sꝫ aduenĩete alimẽto decocto: sic notitia p̃ncipioꝝ habitualis nãlr inest aĩe aduenĩetib9 ab ex terminis: ita ꝙ ad intelligibilẽ p̃ñtiã coꝝ inditũ est ꝙ ab aĩa in intellectu possibili sub lumine agẽtis fluat q̃litas illa q̃ est habit9 p̃ncipioꝝ sicut mot9 grauiũ ꝛ leuiũ a nã grauiũ ꝛ leuiũ / ꝛ vt semel effluxit semp pseuerat: q̃uis nõ exeat in actũ ipedita phãtasia / dr̃ia igit iter itellm ꝛ volũtatẽ in h̃ est ꝙ in itellu fluit nãlr habitus q̃dã p̃ñtib9 ab extra terminis p̃ncipioꝝ: i volũtate aũt nõ: lꝫ sola proptitudo ipsius ad p̃ncipia. s. bonũ ꝓsequẽdũ ꝛ malum fugiendum / ꝛ hmõi inuenitur a natura.
¶ Ad scdam dubitationẽ dr duplr / s̃m ꝙ duplr exponi pñt ṽba lr̃e. Primo intelligẽdo p ly ꝓpria oba spãlia oba ꝯtẽta sub cõi obo illi9 potentie qd in qõne p̃cedenti vocauit aliqd determinatũ. ṽbi grã. i volũtate cõe obm est bonuꝫ spãlia sunt bonũ in passionibus timoris ꝛ audacie: bonuꝫ in delectationibus ꝛ tristitijs / bonũ in cõmutatiõib9: ꝛ hmõi / et sic ratio litere alludit dictis in rñsione ad tertiũ in arti.5. p̃cedentis qõnis. s. qd q2 in intellectu habitus est necessari9 simplr: q2 est determinatiuus potẽtie ad obiecta: in volũtate aũt est necessarius ad bene esse quare nõ determinat ad obiecta sed facit proptiorẽ ꝛc. ideo ibi est habit9 naturalis hic nõ / sꝫ hec rñsio non valet: quia intellectus nõ solum ad specialia sꝫ ad cõmunissimũ obm attingendum determinatur ab habitu: ac per hoc extra ꝓpositum est loqui de specialib9 obis / obm est ergo qd sermo litere est formalis ꝛ per ꝓpria obiecta intendit ipse vera ꝓpria ꝛ adequata obiecta potentiarũ appetitiuaruꝫ de quib9 loquitur / ꝛ qd ratio consistit in hoc ꝙ quia officium naturalis habit9 ad operationem in communi loquẽdo / est determinare potentiaꝫ ad obiectum attingendum ꝛ in intellectu op9 est ista determinatione: quia nisi aliqua specie determinetur nihil intelligere potest: in voluntate autem ꝛ vniuersaliter appetitu non est opus ista determinatione quia preuenitur ab ipsa appetitiua potẽtia: qm̃ ei9 officiũ / imo natura est inclinatio in obiectũ propriuꝫ: nihil eniꝫ aliud est appetit9 q̃ inclinatio: ideo in potẽtijs appetitiuis nõ est inchoatio naturalis habit9 / ac p hoc

1.qõ.63. arti.1.et 22.qõ. 47.art. 15.et 3. di.33.q. 1.ar.2.q 2.cõt.q. 1.ar.8.ꝛ 2.ethi, co.2.

ad hoc quod conuenit angelis per suam essentiam non indigent habitu: sed quia non ita sunt per seipsos entes quin participent sapientiam ꝛ bonitatem diuinam, ideo inquantum indigent participare aliquid ab exteriori intantum necesse est in eis ponere habitus. ¶ Ad tertium dicẽdum, ꝙ in angelis non sunt partes essentie sed sunt partes s̃m potentiam: inquantum intellectus eorum per plures species perficitur ꝛ volũtas eorum se habet ad plura.

¶ De causa habituum quantum ad generationem ipsorum. Questio.51.

DEinde Cõsiderãduꝫ est de causa habituum. ¶ Et primo quantum ad generationem ipsoꝝ. Secundo quantum ad augmentum. Tertio quãtum ad diminutionem ꝛ corruptionem. ¶ Circa primũ querunt quatuor. Primo, vtrũ aliquis habitus sit a natura. Scdo, vtrũ aliqs habitus ex actib9 causetur. Tertio, vtrũ per vnũ actum possit generari habitus. Quarto, vtrum aliqui habitus sint in hominibus infusi a deo.

¶ Utrum aliquis habitus sit a nã. Arti.1.

AD primũ Sic ꝓceditur. Uidetur qd nullus habitus sit a natura. Eorum em̃ que sunt a natura vsus non subiacet voluntati: sed habitus est quo quis vtitur cum voluerit: vt dicit cõmen. in.3. de anima. Ergo habitus non est a natura. ¶ P̃. Natura nõ facit per duo qd per vnum potest facere: sed potentie anime sunt a natura: si igitur habitus potentiarum a natura essent, habitus ꝛ potentia essent vnum. ¶ P̃. Natura nõ deficit in necessarijs: sed habitus sunt necessarij ad bene operandum: vt supra dictũ est: si igitur habitus aliqui essent a natura, videtur qd natura nõ deficeret quin omnes habitus necessarios causaret: patet aũt hoc esse falsum. Ergo habitus non est a natura.

Sed ꝯtra Est, ꝙ in.6. ethi. inter alios habitus ponit intellectus principioꝝ qui est a nã. vñ ꝛ principia prima dicũtur naturaliter cognita.

R̃ñdeo Dicẽdum, qd aliquid potest esse nãle alicui duplr. Uno mõ s̃m naturã speciei: sicut naturale est homini esse risibile: ꝛ igni ferri sursuꝫ. Alio modo s̃m naturam indiuidui: sicut naturale est sorti vel platoni esse egrotatiuum vel sanatiuum s̃m propriam complexioneꝫ. Rursus s̃m vtrãqꝫ naturam potest dici aliquid naturale dupliciter, vno modo quia totum est a natura, alio modo q2 secũdum aliquid est a natura, ꝛ s̃m aliquid est ab exteriori principio; sicut cum aliquis sanatur per seipsum, tota sanitas est a natura: cum auteꝫ aliquis sanatur auxilio medicine sanitas partiꝫ est a natura, partim ab exteriori principio. Si igitur loquamur de habitu secũdum quod est dispositio subiecti in ordine ad formam vel naturam: quolibet predictorum modorum contingit habitum esse naturalem. Est enim aliqua dispositio naturalis que debetur humane speciei, extra quam nullus homo inuenitur: et hec est naturalis secũdum naturam speciei, sed quia talis dispositio quandam latitudinem habet: contingit diuersos gradus huiusmodi dispositionis cõuenire diuersis hominibus secundum naturã indiuidui, et huiusmodi dispositio potest esse vel totaliter a natura vel partim a natura, et partim ab exteriori principio sicut dictum est de his qui sanantur per artem. Sed habitus qui est dispositio ad operationem cuius subiectum est potentia anime: vt dictum est: potest quidem esse naturalis ꝛ scdm naturam speciei, et scdm naturam indiuidui: scdm quidem naturam speciei scdm qd se tenet ex parte ipsius anime: que cum sit forma corporis est principium specificum: s̃m autem naturam indiuidui ex parte corporis qd est materiale principium, sed tamen neutro modo contingit in hominibus esse habitus naturales: ita qd sint totaliter a natura. In angelis siquideꝫ contingit eo qd habent species intelligibiles naturaliter inditas: quod non competit humane nature: vt in primo dictũ est. Sunt ergo in hominibus aliqui habitus naturales tanqꝫ partim a natura existentes, ꝛ partim ab exteriori principio: aliter quidem in apprehensiuis potentijs, et aliter in appetitiuis. In apprehensiuis enim potentijs potest esse habitus naturalis secundũ inchoationem ꝛ scdm naturam speciei, ꝛ scdm naturam indiuidui: s̃m quidem naturam speciei ex parte ipsius anime: sicut intellectus principiorum dicitur esse habitus naturalis: ex ipsa enim natura anime intellectualis conuenit homini, qd statim cognito quid est totum, et quid est pars, cognoscat ꝙ omne totum est maius sua parte: et simile est in ceteris. Sed quid sit totum et quid sit pars cognoscere non potest nisi per species intelligibiles a phantasmatibus acceptas: ꝛ propter hoc philosophus in fine posteriorum ostendit qd cognitio principioruꝫ prouenit nobis ex sensu. scdm vero naturam indiuidui est aliquis habitus cognoscitiuus secũdum inchoationem naturalem: inquantum vnus homo ex dispositione organorum est magis aptus ad bene intelligendum quam alius inquantum ad operationem intellectus indigemus virtutibus sensitiuis. In appetitiuis autem potentijs non est aliquis habitus naturalis scdm inchoationem ex parte ipsius anime quantum ad ipsam substantiam habitus: sed solum quantum ad principia quedam ipsius: sicut principia iuris communis dicũtur esse seminalia virtutum, ꝛ hoc ideo: quia inclinatio ad obiecta propria que videt esse inclinatio habit9, non pertinet ad habitum: sed magis pertinet ad ipsam rationem potentiarũ, sed ex parte corporis s̃m naturã indiuidui sunt aliqui habitus appetitiui s̃m inchoationes naturales: sunt enim quidam dispositi ex ꝓpria corporis complexione ad castitatem vel mansuetudinem: vel ad aliquid huiusmodi.

Ad primũ g̃ dõm, ꝙ obiectio illa procedit de natura s̃m

nullus est in eis na-
turalis habit⁹:in ap
prehẽsiuis autẽ sic.
Et sic omnia conso-
nant:quoniam affir-
matio ⁊ negatio non
cadunt super idem:
affirmat enim de ha
bitu naturali absolu
te quod eius est incli
nare ad propria obie
cta:⁊ negatur quod
hoc conuenire possit
habitui in appetitu:
quia hoc conuenit ip
si appetitui:⁊ sic a ne
gatione officii ipsius
habitus naturalis ꝓ
ceditur ad negatio-
nem ipsius habitus
naturalis in appeti-
tu.nec contradicit in
predictis: quoniam
hic comparans potẽ
tias appetitiuas ad
ꝓpria obiecta negat
habitus:quod etiã
tunc dixit ibi vero cõ
parans potentiã ad
specialia seu determi
nata obiecta sub ob-
iecto communi posu
it habitus inclinan-
tes ad illa prompte
faciliter ⁊c.que duo i
nullo dissonant.
¶In responsione ad
j.q.63.ã.2.Et mal.q.2 ar.11.ad 4.⁊.6. Et ṽt.q. 1.ã.9. co.⁊ad 10.⁊.ã. 11.ad.13 secundũ aduerte rõ
nem questionis mo-
te in pma parte que-
stionis: ⁊ nota duo.
Primo differentẽ ꝑ-
fectionem.Secundo
rationem tantum.in
primis distat essenti
am angeli ꝑ seipsam
esse similitudinem o
mnium ⁊ per adiun-
ctas species vt pmũ
ponat perfectionem
altissimam/ secundũ
diminutam.⁊ ratio ẽ
quia primum ponit
essentiã illam vnite
habere species rerũ
Secundum vero di-
uisim:constat enim ꝙ
vnite habere que di-
uisa sunt in aliis al-
tioris perfectiõis es-
se:presertim quia pri
mum ponit sic vnite
habere quod in vna
substãtia habeatur/
secundũ quod in sub
stantia ⁊ in acciden-
te.ratio autem in li-
tera posita ꝓ affirma
tione q̃re scilicet per
participationem di-
uine sapientie potest
intellectus angelic⁹
esse actu ea que intel
ligit non sic interpre
tanda est quasi intel
lectus angelicus iã
factus discat a diui-
na sapientia aut susci
piat species intelligi
biles:sꝫ quia ipse an
gel⁹ sicut est ens ita
intelligẽs.i. sicut est
perfectus in esse sub-
stantiali ita est perfe
ctus in habendo in-
tellectum in actu:cũ-
stat autem quod ens
est per participatio-
nem diuine essentie

ꝙ diuidit contra rationem ⁊ voluntatẽ:cũ
tamen ipsa ratio ⁊ voluntas ad naturam ho
minis pertineant.¶Ad secundum dicendũ:
quod aliquid etiam naturaliter potest super
addi potentie,quod tamen ad ipsam poten
tiam pertinere non potest:sicut in angelis
non potest pertinere ad ipsam potentiam in
tellectiuam quod sit per se cognoscitiua om
nium:quia oporteret quod esset actus omni
um:quod solius dei est.id enim quo aliquid
cognoscitur oportet esse actualem similitu-
dinem eius quod cognoscitur.vnde seque-
retur si potentia angeli per seipsam cogno-
sceret omnia quod esset similitudo ⁊ actus
omnium.vnde oportet quod superaddant
potentie itellectiue ipsius alique species itel
ligibiles que sint similitudines rerum intel-
lectarum:quia per participationem diuine
sapientie ⁊ non per essentiam propriam pos-
sunt itellectus eorum esse actu ea que intelli
gunt.Et sic patet ꝙ nõ omne id quod perti-
net ad habitum naturalem potest ad poten
tiã ptinere.¶Ad tertiũ dñm,ꝙ natura non
equaliter se habet ad causandas omnes di-
uersitates habituum:qꝛ q̃dã possũt causari
a natura,quidam nõ:vt supra dictuꝫ est.⁊ iõ
nõ sequitur si aliqui sint habitus naturales
quod omnes sint naturales.

¶Utrum aliquis habitus causetur ex acti-
bus. Arti.2.

AD scdm Sic proceditur. Uidetur qd nul-
lus habitus possit ex actu causa-
ri.Habitus enim est qualitas que
dam:vt supra dictum est:omnis autem qua
litas causatur in aliquo subiecto inquatum
est alicuius receptiuum:cum igitur agẽs ex
hoc quod agit non recipiat aliquid sed ma-
gis ex se emittat,videtur quod non possit a-
liquis habitus in agente ex propriis actib⁹
generari.¶P̃.Illud i quo causatur aliqua
qualitas mouetur ad qualitatem illam(sicut
patet in re calefacta vł infrigidata)quod aũt
producit actum causantem qualitatem mo-
uet:vt patet de calefaciente vel infrigidan-
te.si igitur in aliquo causaretur habitus ꝑ
actum suiipsius,sequeret ꝙ idẽ esset mouẽs
⁊ motũ,agens ⁊ patiens:qd est ipossibile:vt
dr in.6.phy.¶P̃.Effectus nõ põt esse no-
bilior sua causa:sed habit⁹ est nobilior q̃ a-
ctus precedens habitũ:qd pꝫ ex hoc ꝙ no-
biliores actus reddit.Ergo habitus nõ po
test causari ab actu precedente habitum.

Sed ↄtra Est quod philosoph⁹ in.2.ethicoꝝ docet ha-
bitus virtutum ⁊ vitiorũ ex actibus causari.

Rñdeo Dicendum,quod in agente qñqꝫ est soluꝫ actiuũ principi
um sui actus:sicut in igne est solum principi
um actiuum calefaciendi.⁊ in tali agẽte nõ
potest aliquis habitus causari ex proprio a-
ctu.⁊ inde est quod res naturales non pos-
sunt aliquid consuescere vel dissuescere:vt
dicitur in.2.ethi.Inuenitur autem aliquod
agens in quo est principium actiuum ⁊ pas
siuuꝫ sui actus:sicut patet in actibus huma
nis.naꝫ actus appetitiue virtutis procedũt
a vi appetitiua secundum quod mouetur a
vi appꝛhensiua representante obiectum.⁊ vl
terius vis intellectiua ẽm quod rõcinatur ð
cõclusionibus hꝫ sicut principiũ actiuũ pro
põnẽ ꝑ se notam.Uñ ex talib⁹ actibus pos-
sunt in agẽtibus aliqui habitus causari:nõ
quidem quantum ad primum actuum prin
cipium,sed quãtuꝫ ad principiũ act⁹ quod
mouet motum:nam omne qd patitur ⁊ mo-
uetur ab alio disponit per actũ agentis.vñ
ex multiplicatis actib⁹ generat quedã qua
litas in potentia passiua et mota que nomi-
nat habit⁹:sicut habit⁹ virtutũ moraliũ cãn
tur in appetitiuis potentiis ẽm ꝙ mouẽtur
a rõne:⁊ habit⁹ sciaꝝ causant in intellectu,
ẽm qd mouetur a primis ꝓpositionibus.

Ad primũ Ergo dñm,ꝙ agẽs in-
quãtũ est agens nõ re-
cipit aliqd:sed inq̃tum agit motum ab alio
sic recipit aliq̃d a mouẽte:⁊ sic causat habi-
tus.¶Ad scdm dñm,ꝙ idẽ ẽm idẽ nõ põt
esse mouẽs ⁊ motũ:nihil aũt ꝓhibet ideꝫ a
seipso moueri ẽm diuersa:vt in.8.physi.ꝓ-
batur.¶Ad tertiũ dñm,ꝙ act⁹ p̃cedẽs ha
bitũ inq̃tũ ꝓcedit a principio actiuo,ꝓce-
dit a nobiliori principio q̃ sit habitus gene
ratus:sicut ipsa rõ est nobilius principiũ q̃
sit habitus virtutis moralis in vi appetiti-
ua per actuum consuetudines generatus:⁊
intellectus principiorum est nobilius princi
pium q̃ scientia conclusionum.

¶Utrum per vnum actum possit generari
habitus. Arti.3.

AD tertiũ Sic ꝓcedit Uꝛ ꝙ ꝑ vnũ
actum possit habit⁹ generari.
Demõstratio eñ actus ratiõis
est:sed ꝑ vnã demõstrationem
causat sciẽtia:q̃ est habit⁹ ↄclusionis vnius.
Ergo habit⁹ põt causari ex vno actu.¶P̃.
Sicut ↄtingit actus crescere ꝑ multiplica-
tionẽ:ita ↄtingit actũ crescere ꝑ intensionẽ.
sed multiplicatis actib⁹ generat habit⁹.er-
go etiã si multũ intẽdat vnus poterit esse cã
gñatiua habit⁹.¶P̃.Sanitas ⁊ egritudo
sunt habit⁹ quidã:sꝫ ex vno actu contingit
hominẽ vel sanari vel infirmari.Ergo vnus
actus potest habitum causare.

Sed ↄ Est,qd phs dicit in.1.ethi.qd
vna hyrũdo ver nõ facit, nec
vna dies:ita vtiqꝫ nec beatũ nec felicẽ vna
dies,nec paucũ tps.sed beatitudo est ope-
ratio ẽm habitũ perfecte virtutis vt dr in.1.
ethi.Ergo habitus virtutis,⁊ eadẽ ratione
alius habitus nõ causatur ꝑ vnũ actum.

Rñdeo Dñm,ꝙ sicut iam dictũ est:
habitus per actũ generat
iquantuꝫ potentia passiua mouetur ab aliq̃
principio actiuo.Ad hoc autem quod aliq̃
qualitas causetur in passiuo,oportet quod
actiuum totaliter vincat passiuum:vnde vi-
demus quod quia ignis non potest totali-
ter vincere suum combustibile,non statim i
flãmat ipsum:sed paulatim abiicit contrari-
as dispositiones:vt sic totaliter vincens ip-
sum similitudinem suam ipsi imprimat.Ma
nifestum est autem quod principium actiuũ
quod est ratio non totaliter potest superuin
cere appetitiuam potentiam in vno actu:eo
quod appetitiua potentia se habet diuersi-
mode ⁊ ad multa.iudicatur autem per ratio
nem in actu vno aliquid appetendum secũ-
dũ determinatas rõnes ⁊ circũstantias:vñ
ex hoc non totaliter vincit appetitiua poten
tia,vt feratur in idem vt plurib⁹ ꝑ modũ na
ture:quod ptinet ad hitũ ṽtutis.⁊ iõ habit⁹
virtutis non potest cãri ꝑ vnũ actũ,sꝫ ꝑ mul
tos.In apprehensiuis aũt potẽtiis cõside-
rãdũ est ꝙ duplex est passiuuꝫ:vnũ quidem
ipse intellectus passibilis:aliud autem intel
lectus quem vocat arist.passiuum:qui est rõ
particularis.i.vis cogitatiua cum memora
tiua ⁊ imaginatiua.Respectu igit pmi pas-

ac per hoc cum diui-
sione essentie ab esse
est:vt vnitum superi
us diuidatur inferi-
us.ergo est intellige
do in actu perfectus
participando diuinaꝫ
sapientiam ⁊ conse-
quenter cum diuisio
ne suscipit perfectum
intellectuꝫ in actu e
dem ratione.Unde i
vltimo articulo pre-
cedentis questionis
ad secundum dicitur
de angelis:quia non
ita sunt per seipsos
entes quin pticipẽt
sapientiam ⁊ bonita
tem diuinaꝫ:ideo in
quantum participa-
re indigent ab exte-
riori intantum neces
se est i eis ponere ha
bitus.Quia ergo es-
sentie angelice parti
cipationes quedam
sunt diuine essentie ⁊
in esse naturali ⁊ in
esse intelligibili:⁊ en
tia per participatio-
nem diuisim suscipi
unt quod in superio-
ri participato vnitũ
est:sequitur qd quẽs
admodum ad hoc vt
essentia ↄplemẽtum
essendi habeat indi-
get esse distincto a se
ita ad hoc quod com
plementum in eẽ for
me intelligibilis ob
tineat vt species ha-
beat adiunctas rerũ j.q.71. 4.co.⁊ d.17.q. 1.ã.3.⁊ ṽt.q.13. 9.ad.14 ⁊.15.
aliarum.⁊ sicut esse
ab extrinseco habet nõ
tamen sic quasi essen
tia prefuerit absqꝫ eẽ
⁊ accipiat eẽ ab alie:
sed quia per hoc ẽ ꝙ
ab alio ẽ.ita species
additas ab extrinse-
co habet non sic quasi
si prefuerit ⁊ suscipi-
at a deo species:sed
quia per illas habet
quia a deo congeni-
tas naturali sequela
ad propriam essentiã
possidet.⁊ est sermo
presens de naturali
scientia angelorum
qua sciunt alia.

¶Super Arti. 2.

IN articu-
lo secundo
eiusdẽ que-
stionis q̃.
quagesimeprime nõ
tato diligẽter quod
nobilitas operatio-
nis actiue pensatur
ex forma que est a-
ctionis principium:
⁊ propterea vt expres-
se patet/licet actus ꝓ
cedens habituꝫ sit se
cundum se imperfe-
ctus/est tamen perfe
ctior secundum suuꝫ
principium ⁊ hoc suf
ficit.quod bene nota
bis.

¶Super articulum quartum.

IN rñsione ad.3.4.ar.obmisso.3.aduerte ꝙ quũ duoꝝ ordinum
sũt ifusi hit⁹:q̃dã.s.ꝑ accñs ⁊ q̃dã ꝑ se ifusi.illi nãqꝫ hit⁹ q̃ pñt ex
actib⁹ aut nã acq̃ri,sꝫ ꝑ accñs ifusi:accidit.n.eis ifũdi.Et
isti sũt eiusdẽ rõnis spe͡ie/qñ ifũdũt cũ acq̃sitꝫ.Geometria.n.ifusa ⁊ acq̃si-
ta eiusdẽ sũt spẽi:sic oculi dati ceco nato ⁊ oculi alioꝝ.⁊ de istis in corpore
dr ꝙ infundunt:quia
deus producit quan-
doqꝫ effectus causa-
rum secundarum ab
sqꝫ ipsis.illi vero ha-
bitus qui sola in-
fusione fieri possunt
sunt per se infusi eo
quo non accidit a-
ctioni eoꝝ prefusio:
imo ipsam per se sibi
vendicant.⁊ isti sunt
habit⁹ essentialiter
supernaturales vt in
principio corporis ar
ticuli dicit.⁊ de vtris
ꝙ verificatur hic re-
sponsio ad.3.quod
actus pcedẽtes ex ha
bitu infuso non cau-
sant aliqueꝫ habitũ:
sed confirmant pre-
existẽtẽ. Et in ptom-
ptu cã est de ꝑ se infu
sis quideꝫ:qꝛ iproduc
1.d.17.q 1.ã.3.co. Et.3.d. 23.q.3.ã. 2.ad.3. Et ṽi.q. 12.ã.1. ad.7. cibiles sũt nisi ꝑ infu-
sionẽ ac ꝑ h̃ ex actib⁹
nostris.de per accñs
ṽo infusis:qꝛ duo ac
cidẽtia eiusdẽ spẽi sẽ
incõpossib in eodem.

¶Sup.q.52.ar. 1.

IN ar.pº.q.
52. multa
sunt dubia
dilucidan-
da cũ dei gr̃a.est in p
mis dubiũ circa sen-
sum distõnis facte in
corpe art.ꝙ perfectio
⁊ augmẽtuꝫ forme dr
2ᵉ ẽm ipsaꝫ formã ⁊
sꝫ pticipationeꝫ for-
me in sbto.aut.n.itẽ-
dit de forma i abstra
cto vel ↄcreto.⁊ hoc ẽ
ẽt propositum:qꝛ spe
ctat distictio hec ad
modos iiq̃ndi:qd au
tẽ est de re.aut de for
ma specifice ⁊ nũaꝫr ⁊
h̃ non:qꝛ hec scia est
parua vł magna ẽm
seipsaꝫ.aut de eẽntia
formẽ ⁊ participatio
ne ei⁹ in sbto vt lra i-
nuere vr ⁊ implicat ↄ
dictionem vt author
dicit in.2.2.q.24.ar
ticulo. 4.ad.3.qm si
pticipatio forme in
sbto intendit ipsa q̃qꝫ
substãtia forme intẽ-
ditur vt ibi dicitur.
¶Ad h̃ dr/ꝙ obscuri
tatem in hac re facit
lr sꝫ ꝙ.dupliciter eñ
sumi põt.pº vt deno
tat reꝫ denolatã tñ:
vt cũ dr sortes est al-
b⁹ ẽm dentes.⁊ sic nõ
sumit i proposito:sic
n.implicat ↄdictoria
formã augeri ẽm eẽ i
sbto/⁊ nõ sꝫ seipsam
vtrũqꝫ.n.est auctum.
Alio modo sumit vt
denotat cãm seu ra-
dicẽ:vt cũ dr ꝙ hõ ẽm
ꝙ rõnal ẽ artifex.⁊ h̃
modo sumit i pposito:⁊
e⁹ sensus ꝙ pfectio ⁊
augmẽtũ forme aut

sui potest esse aliqd actiuũ qd vno actu to-
taliter vincit potentiam sui passiui:sic vna ꝓpõ
per se nota ↄuincit itellectũ ad assentienduꝫ
firmiter ↄclõni:qd q̃dẽ nõ facit ꝓpositio ꝓ-
babilis.vnde ex multis actibus rõnis opꝫ
causari habitũ opinatiuũ ẽt ex pte itells pos
sibilis.Habitũ auteꝫ sciẽ poẽ est cãri ex vno
rationis actu quãtũ ad intellectũ poẽꝫ:sed
quantum ad inferiores vires appꝛhensiuas
necessariũ est eosdem actus pluries reitera
ri,vt aliquid firmiter memorie imprimatur.
vñ phs in ca.de memoria ⁊ reminiscentia di
cit,quod meditatio confirmat memoriã.ha
bitus autem corporales possibile est causa-
ri ex vno actu,si actiuum fuerit magne vir-
tutis:sicut quandoqꝫ medicina fortis statiꝫ
inducit sanitatem.¶Et per hoc patet re-
sponsio ad obiecta.

¶Utrum aliqui habitus sint hominibus
infusi a deo. Arti.4.

AD quartũ Sic pro-
ceditur.
Uidetur ꝙ nullus hit⁹ hoib⁹ i
fundat a deo.De⁹ enim equalr
se habet ad oẽs:si igit q̃busdã
infundit hit⁹ aliquos oib⁹ eos infundẽt.qd
pꝫ esse falsum.¶P̃.Deus opat in oib⁹ ẽm
modũ q̃ ↄuenit nãe ipsoꝝ:qꝛ diuine ꝓuidẽn-
tie est naturam saluare:vt dicit diony.4.ca.
de diui.no.sed habitus in hoie naturaliter
causantur ex actib⁹:vt dcm est.Nõ ḡ cãt de-
us in hominibus aliquos habit⁹ absqꝫ acti
bus.¶P̃.Si aliquis habitus a deo infun-
dit.per illũ habitũ hõ põt multos act⁹ ꝓdu
cere:sed ex illis actib⁹ cãtur silis habitus:
vt in.2.eth.dr.sequit ḡ duos habitus eiusdẽ
speciei esse in eodem:vnũ acq̃situ,⁊ alterum
infusuꝫ.quod vr esse ipoẽ:nõ eñ due forme
eiusdem speciei possunt esse in eodẽ sbto:nõ
ergo habit⁹ aliquis infundit homini a deo.

Sed cõtra Est,ꝙ dr eccł.15.Im-
pleuit eũ dñs spũ sa-
pientie ⁊ itells:sꝫ sapia ⁊ itells q̃dã hit⁹ sũt.
Ergo aliq̃ habitus hoi a deo infunduntur.

Rñdeo Dicendum,ꝙ duplici rõne
aliqui habit⁹ homini a deo
infunduntur.Prima rõ est,qꝛ aliq̃ hit⁹ sunt
quibus homo bene disponitur ad finem ex-
cedentem facultatem humane nature:q̃ est
vltima ⁊ pfecta hois btitudo:vt supra dcm
est.Et quia hit⁹ oportet eẽ proportionatos
ei ad quod hõ disponit ẽm ipsos.iõ necẽ est
quod etiam habitus ad huiusmodi fineꝫ di-
sponentes excedant facultateꝫ humane na-
ture.vnde tales habitus nunquam possunt
homini inesse nisi ex infusione diuina:sicut
est de omnibus gratuitis virtutibus.Alia
ratio est:quia deus potest producere effect⁹
causarum secundarum absqꝫ ipsis causis se
cundis:vt in primo dictum est.Sicut igitur
quandoqꝫ ad ostẽsionẽ sue virtutis ꝓducit
sanitatẽ absqꝫ nãli causa,que tamẽ per natu
ram posset causari,ita etiã quãdoqꝫ ad ostẽ-
dendam suam virtutem infundit homini il-
los habitus.qui nãli virtute possunt causa-
ri:sicut apostolis dedit scientiam scriptura-
rum ⁊ omnium linguarum:quam homines
per studium vel consuetudinem acquirere
possunt:licet non ita perfecte.

Ad primũ Ergo dñm,ꝙ de⁹ quã-
tum ad suam naturam
equaliter se habet ad omnes:sed secundum
ordinem sue sapientie certa ratione quedaꝫ
tribuit aliquibus que non tribuit aliis.
¶Ad secundum dicenduꝫ,quod hoc quod
deus in omnibus operatur secundum mo-
dum eorum non excludit quin deus quedaꝫ
operetur que natura operari non potest:sꝫ
ex hoc sequitur quod nihil operatur contra
id quod nature conuenit.¶Ad tertium di-
cendum,quod actus qui producuntur ex ha
bitu infuso non causant aliquem habitum:
sed confirmant habitum preexistẽtem:sicut
medicinalia remedia adhibita homini sa-
no per naturam non causant aliquam sanita
tẽ:sed sanitatem prius habitam corroborãt.

¶De causa habituum. Qõ.52.

DEinde Cõsiderandũ ẽ de au-
gmento habituum.¶Et
circa h̃ q̃rũt tria.Primo,
vtrũ hit⁹ augeãt.2º,vtrũ
augeant ꝑ additionẽ.3º,
vtrũ q̃lꝫ act⁹ augeat hitũ.

¶Utrum habitus augeantur. Arti.1.

AD primũ Sic ꝓcedit. Uꝛ ꝙ habi-
tus augeri nõ possint.Augmẽ
tũ eñ est circa quantitatẽ:vt dr
in.5.physi.sed habitus nõ sunt
in gñe quãtitatis,sed in gñe qualitatis.Er-
go circa eos augmentũ esse nõ potest.
¶P̃.Habitus est perfectio quedã:vt dr in
7.phy.sed pfectio cũ importet finẽ ⁊ termi-
nũ nõ vr posse recipere magis ⁊ minus.Er-
go hitus augeri non potest.¶P̃.In his q̃
recipiunt magis ⁊ minus contingit esse alte
rationem:alterari enim dicitur qd de min⁹
calido fit magis calidum:sed in habitib⁹ nõ
est alteratio:vt probatur in.7.physi.Ergo
habitus augeri non possunt.

Sꝫ cõtra Est,quod fides est qui-
dam habitus,⁊ tñ auge-
tur.vñ discipuli dño dicũt,Dñe adauge no-
bis fidẽ:vt hr luce.17.Ergo hitus augent.

Rñdeo Dñz,ꝙ augmẽtũ sicut ⁊ alia
ad quãtitatẽ ptinẽtia a quã-
titatib⁹ corpalib⁹ ad res spũales ⁊ itellectua
les transferunt:pp cõnãlitatẽ intells nri ad
res corporales,que sub imaginatiõe cadũt.
Dicitur aũt in quantitatibus corporeis ali-
quid magnũ ẽm ꝙ ad debitam pfectionem
quantitatis pducit.vñ aliqua quãtitas re
putatur magna in homine,que non reputat
magna in elephante.vnde ⁊ in formis dici-
mus aliquid magnũ ex hoc qd est perfectũ.
Et qꝛ bonũ habet rõneꝫ perfecti:ꝓpter hoc
in his que non mole magna sunt,idẽ est esse
maius qd melius:vt aug.dicit in.8.de trini.
Perfectio autem forme dupliciter potest cõ
siderari.Uno modo secunduꝫ ipsam formã.
Alio modo secunduꝫ qd sbm participat for-
mam.Inquãtũ igitur attenditur pfectio for
me ẽm ipsam formã,sic nõ dicitur ipsa esse
parua vel magna:puta magna vel parua sa
nitas vel scia.Inquantũ vero attenditur ꝑ-
fectio forme ẽm participationeꝫ sbti dicitur
magis ⁊ minus:puta magis vel min⁹ albũ
⁊ sanum.Nõ aũt ista distõ ꝓcedit ẽm hoc ꝙ
forma habeat esse preter materiam aut sub-
iectũ:sed qꝛ alia est consideratio eius scdm
rõnem speciei sue,⁊ alia secũdum quod par-
ticipat in subiecto.Secundum hoc igitur
circa intensionem ⁊ remissionem habituum

oriret ipa nã specifi
ca forme/aut ex ptici
patiõe ei⁹ in sbto:ita
ꝙ vtraqꝫ pfectio ⁊ v-
trumqꝫ augmentum
vbi inuenit cõe est for-
me ⁊ sbto vt hꝫ for-
mam.Differentia aũt
est in cã origis:vt cla
re habes iferi⁹ in.q.
53.ar.2.ad.2.de di-
minutiõe:de qua idẽ
est quod de augmen
to iudicium.
¶Circa illã proposi-
tionem/Illud ẽm qd
sortitur aliq̃d spẽ oꝫ
esse indiuisibile:i eo-
dẽ cor͡e articuli subiũ
ctã dubium occurrit
de qua indiuisibilita
te est sermo.Aut eñ
est sermo de indiui-
sibilitate oimoda ⁊
h̃ nõ:qꝛ ↄstat qñqꝫ eẽ
diuisibile ṽtualiter
⁊ mãr.aut de idiui-
sibilitate foãli:⁊ hoc j.q.66. ar.1.⁊.2. co. Et ṽt.q. 1.art.11. ⁊.q.5.ar. 3. Et 10. e hi.lec. 3.
lꝫ sit verꝫ nõ tñ est ad
ꝓpo͡m:qm loq̃mur ð
augmento quod fiat
cũ idiuisibilitate for
mali.aut de idiuisibi
litate mãli vocando
oẽm disiõnẽ siue quã
titatiuã siue ḡdualẽ
siue q̃olꝫ absqꝫ va-
rietate specifica mã-
lẽ:⁊ h̃ eẽt ad ꝓpositũ
sꝫ ẽ falsũ:qꝛ cũ mlte
spẽs suscipiẽtes ma-
gis ⁊ min⁹ sint sim-
plices(vt calor ⁊ albe
do)nõ põt itelligi vt
calor diuidat sꝫ ma-
gis ⁊ min⁹/⁊.A.eius
dñia nõ intẽdat ⁊ re-
mittat sic ipse calor.
¶Ad h̃ dr:ꝙ ꝓpe lo
q̃ndo ẽmo ẽ ð idiuisi
bilitate latitudĩs op
posita diuisibilitatĩ:qꝛ
aliq̃d latitudinẽ hꝫ/
siue hẽat latitudinẽ
vt calor/siue vt albe/
siue q̃uis alio sikr mõ
sꝫ attribuit i lr̃a hu-
iusmodi idiuisibilitas
specificãti vt sic.ita
ꝙ sensus ẽ/ꝙ specifi-
cãs iquãtũ specificãs
stat i idiuisilr̃.i.caret
latitudĩe.i.nõ hꝫ i se
aliq̃ pla.Et rõ est:qꝛ
specificãs vt sic cõsti-
tuit spẽm vt vltimuꝫ
⁊ termin⁹.vltimo aũt
⁊ termio vt sic repu-
gnat latitudo:si eñ
disiõnẽ aliquã hꝫ ẽm
alteꝝ eoꝝ nõ deter-
minabit:⁊ rursus sꝫ
aliq̃d ↄstituet/⁊ scdm
aliq̃d nõ.⁊ rursus nõ
ↄstituet spẽm in cer-
to loco:sꝫ ẽm aliq̃d i
vno/⁊ ẽm aliq̃d in al
tero.⁊ sic spẽs reꝝ nõ
hẽrẽt sita loca:sic nu
merri:nec ↄstitutiua
eaꝝ eẽnt sic ↄstituti-
ua numeroꝝ⁊ inua-
riabiliter.cũ his ta-
men stat qd res speci
ficantes habeant la-
titudinem:vt obiji-
ciendo de calore pro
batur.sermo enim
noster formalis est.

nihil aliud intēdimus nisi q res specificans vt sic stat in diuisibili:licet ipsamet res nō vt specificās:sed q̄uolibet alr habeat latitudinē.q̄uo autē hoc sit ad ꝓpositū negotiū pertinens in sequenti patebit dubio.
¶ Circa distōnē ꝛ dr̄iam formaꝝ in lr̄a subiūctā:q quedā ꝑm se vel aliq̄d sui sortiunf spēm:ꝛ q̄dā ex alio ad qd ordinanf:ꝛ ille ꝑm se h̄nt determinatā rōnē neq in plus neq in min⁹ declinabilē.iste ṽo pn̄t ꝑm se diuersificari in plus ꝛ min⁹ salua vnitate specifica pp vnitatē ei⁹ ad qd ordinanf. dubiū ē ꝛ de sensu verborū ꝛ de efficacia ad ꝓpositum. De sensu' q̄dē:qꝛ cum dr̄ia sit intrinsecū cōstitutiuū ois forme: nulla ē forma q̄ sic sortiatur spēm ab extraneo:qꝛ ois forma ꝑm se vel aliq̄d sui/puta dr̄iam ꝓpriam sortif spēm:ac ꝑ hoc ois forma claudif sub prio mēbro: ꝛ nulla restat sub scđo. De efficacia ṽo:qm̄ reuera ois forma hꝫ ꝓpriā dr̄iam: ꝑm quaꝫ nec in plus nec in min⁹ specifice declinare pōt: sꝫ sub illa dr̄ia in plus ꝛ minus aliq̄ forma declinat:vt pꝫ de calore et albedine. nec alr est in motu:puta calefactione q̄ in calore:sicut enim calefactio salua sua specifica vnitate vn̄cūq illā habeat intēdif ꝛ remittitur:ita ꝛ calor:vnde specificatio ꝑm se vel ex alio i formis nihil vr̄ facere ad propositum ꝛc. ¶ Ad hoc dr q nō est sensus q formarū q̄dā includunt in se dr̄iaꝫ ꝯstitutiuā ꝛ q̄dā nō: qm̄ dr̄ia est q̄ cōducit ad eē ꝛ ei⁹ qd est esse rei pars ē: vt in ꝓdicabilib⁹ dr: ꝛ stultū est hoc vertere in dubiū:sꝫ sensus est/q q̄dā forme h̄nt suā dr̄iam sine ordine ad aliqd extraneū:vt calor albedo ꝛ hmōi: q̄dā vero habēt suas dr̄ias cum ordine ad aliqd extraneum:ita q nō sunt absolubiles ab illo extraneo: vt motus potētie habitus:ꝛ si quid est huiusmodi. De quibus in primo libro diffuse sermo est habitus. Et hic sensus nullaꝫ patitur calūniaz/aut falsitatē:vt ibi ostensum est. Efficacia autē sunt hec ad intentū:qm̄ forme ex sua natura specifica tantū nihil habent/nisi qd sortiuntur ex suo specificatiuo qd in indiuisibili consistere dictum est.ille igitur forme que suū specificans indiuisibile sic intus obtinent/quod ad nihil extra ordinantur/nihil habent ex hoc nisi indiuisibile:ac per hoc secundum se nō habent augmentum.ille aūt que ꝑm suam propriam differentiam aliquod extraneum licet indiuisibile respiciunt/ex ipsa sua natura accessum ad illud/ac per hoc augmētum in hmōi accessu sortiuntur. Ad quorū maiorē euidentiā/scito qd cū augmētū circa quantitatē variabilē in plus aut min⁹ sit:sicut forma se habet ad quātitatē hmōi:ita se habet ad augmentum:forme aūt q̄ extraneum aliquod specificatiuū nō respiciunt/nullam ꝑm suas specificas naturas quantitatem mutabilē sortiuntur:sed quantitatem tantum perfectionis specifice vt sic in indiuisibili consistentem:forme autem que aliquod extraneum specificum respiciunt preter illam specificam perfectionem sortiuntur aliam quantitateꝫ mutabilem scilicet secundum accessum maiorem vel minorē ad illud specificans/ꝛ ideo ille secundum se nō augentur aut minuuntur:iste sic.ꝛ ꝯsistit tota vis in hoc/qd lꝫ vtrobiq specificās vt sic consistat in indiuisibili nec habeat latitudinē: ꝛ ppea cōe est vtrisq qd specifice nihil pōt addi aut subtrahi q̄n varief spēs:h̄ntib⁹ tn̄ dr̄iam mēdicantē ab extraneo specificāte ex hocipso respectu ꝯuenienti forme ꝑm suā nām specificā pure sūptā āner⁹ est mot⁹ accessus ad illud maior ꝛ minor:ꝑm queꝫ hmōi forme ꝑm se dn̄r augeri vel minui,talis aūt accessus nō pn̄t poni in alijs formis qm̄ nihil extra respiciūt specificās cui diuisibilis hic accessus ānecti possit. Vbi gr̄a.scia:qꝛ ꝑm suā nām respicit scibile ex hocipso q nō abstrahit a scibili specificāte ꝯsequif q plus ꝛ min⁹ ad ipm scibile accedere possit plura vel pauciora de ipso attingendo. Caloꝝ aūt nihil ꝑter specificā nām intrinsecā dicens/nihil hꝫ vt sic variabile. Et hec ē intētio authoris de augmētor diminutiōe formarum ꝑm se.
¶ Circa augmentuꝫ ꝛ diminutionē formarū ꝑm ꝑticipationeꝫ in subiecto .scđo loco in corpe articuli posita aduerte q qꝛ suscipere magis ꝛ minus latitudinē quādām portat: idcirco author ex indiuisibilitate excludēte hmōi latitudinē dr̄iam manifestat iter formas sic augmētabiles ꝛ n̄ augmētabiles: ꝛ dupl' hoc ꝯtigit.primo si forma indiuisibilr se habeat ad sbm: sic em̄ cōstat q participatio ei⁹ latitudinē nō hꝫ. ꝛ h̄ iuenif inter oēm formā sbālē ꝛ ei⁹ sbꝫ. ꝛ rō in lr̄a ponif:qꝛ.s. specificat sbm:specificare em̄ act⁹ est in indiuisibili ꝯsistēs:vt dictū est:ꝛ est sermo de specificatiōe sbti nō in tali aut tali spē/sꝫ simplr/qd solū iuenif in forma sbali:cetere n.specificāt ꝑm q̄d.secūdo ꝯtingit si de rōne forme sit idiuisibilitas nō i ptes quātitatiuas:sicut numerus ꝛ circulus ptes h̄nt:sed in pl̄a quouis aliquo adiuncto vel adēpto pfectior aut min⁹ perfecta fit: qd est carere latitudine. ꝛ est sermo de formis nō de specificāte ipsā. iā em̄ dcm̄ est q omne specificās vt sic cōsistit i diuisibili: nisi aūt dicim⁹ q nō ois forma cōsistit in diuisibili:sed q̄dā sic: vt spēs figuraꝝ ꝛ numerorum:ꝛ q̄dā non: vt multe q̄litates prie ꝛ tertie spēi. calori em̄ adempto aliquo gradu sue latitudinis remissior est ꝛ apposito intensior est:circulus autem quocūq variato/aut nō remanet circulus/aut eque:ꝛ sic habes ꝛ quare quedam forme secundum suas specificas naturas augenf ꝛ q̄dā non:ꝛ hoc ꝓpter antiquos:ꝛ quare quedā forme suscipiunt magis ꝛ minus vt respiciunt subiectum/ꝛ quedam nō.
¶ Circa rationem assignatam in eodem primo articulo.q.52.quare quedam forme vt participabiles in subiecto suscipiunt magis ꝛ min⁹ ꝛ quedam nō:dubium duplex restat.primo de speciebus quantitatis cōtinue infra latitudinem continui scilicet linea/superficie/ꝛ corpore:he enim in litera non tractantur nisi vt induunt discreti rationem:puta bicubiti tricubiti ꝛc. Et tamen he neq specificant neq indiuisibilitatem de sua ratione sortiuntur:ꝛ cōsequēter suscipere deberent magis ꝛ minus si ratio litere esset sufficiens:constat autem quod nō suscipiunt magis ꝛ minus. Secundo de naturalibus potentijs que ponuntur in secunda specie qualitatis.vt intellectus voluntas concupiscibilis ꝛc. Que etiam sunt absq magis ꝛ minus:ꝛ tamen nec specificant/nec indiuisibilitatem habent.
¶ Ad primum ex duplici capite dici potest. Primo quod huiusmodi quātitates computate sunt cum formis specificantibus quo ad hoc propter earū ꝓpinquitatē ad substātiaꝫ a simplicio:vt patet in litera. Et ppea author cū dcm̄ simplicū nō refutauerit/sed explanauerit/ꝛ ampliauerit:in illa cōputatiōe eas dimisit/q̄ ille posuit.ꝛ cū hoc conat⁹ est ex sua explicatiōe de eisdē sub alia rōne reddere rōnē. Scđo q sub̄m pn̄tis discussiōis ē for³ nō essentialr quāta q̄titate molis:vt in prin° corpis arti. innuif:qm̄ magnitudo formarū de q̄ est q̄stio:circa quā est augmētū ꝛ diminutio(q̄ vocanf intēsio ꝛ remissio)distinguif in lr̄a ꝯ magnitudinē q̄titatis molis:ꝛ sic q̄titas molis tāq̄ hn̄s alterius gn̄is magnitudinem ꝛ augmentum et diminutionē extra pn̄tem disputationē a prin° art.remansit. Erit h̄ ꝑm hoc rōlr̄e de formis n̄ eētialr quātis q̄titate molis: quare q̄dā suscipiūt magis ꝛ min⁹:ꝛ quedam nō.ꝛ merito:qꝛ de istis ē dubiū. Illas em̄ cōstat nō suscipere magis ꝛ minus:nē obstat q author ēt ad q̄titatis cōtinue spēs aliq̄s sermonē extēderit: qm̄ h̄ ad pfectionē spectat doctrine ꝛc. ¶ Ad scđm dr:q nāles po° q̄ cōsequuntur imutabilr sbas cū formis specificātibus cōnumeranf. Un̄ h̄ nihil obstat. dico aūt imutabilr qꝛ si aliq̄ cōsequerētur mutabilr:vt durū ꝛ molle:nihl' ꝓhibet eas suscipe magis ꝛ min⁹. Alteratione em̄ facta fiet magis mole aut minus:ꝛ sic vniuersalis regula vr̄ stare in formis absolut'. respectiue em̄ absolutarū nās cōsequūtur:ꝛ ꝑm eas suscipiūt vl' nō suscipiūt magis ꝛ min⁹: dupl' em̄ nō suscipit magis ꝛ min⁹. sicut aūt suscipit magis ꝛ min⁹:qꝛ q̄litas suscipit magꝫ ꝛ min⁹ ꝛc.

i.q.66. ar.1.ꝛ2. Et virt. q.1.ā.1 ꝛ q.5.artic.3. Et 10.ethi. lec.3.

¶ Super art. 2.

IN arti.2. eiusdē q. dubia duo sunt.p̄m ē circa distōnē factā i lr̄a.s.q si intensio in formis intelligif per additionem / hoc nō pōt esse nisi duplr.s. vel ex pte ipsi⁹ forme vel ex pte subiecti ꝛc. Est em̄ distō hec ꝑm sensum litere intellecta insufficiens : qm̄ ꝑm literam additio ex parte forme nihil aliud significat q̄ additionē specificam. Cōstat autē q preter additionē specificam ꝛ ex parte subiecti datur tertius modus additionis scilicet gradus ad gradum:qui in litera omittitur ꝛ in proposito ponif a dicentibus q intensio ꝛ remissio fit per additionem gradus ad gradum:vel remotionē gradus a gradu.insufficiēs ergo videf distinctio.
¶ Secundum dubiū valde arduū/ꝛ nō nisi cū diui Thome adiutorio solubile est de efficacia huius ꝓcessus ad excludendū intēsionem formarū nō fieri per additionē gradus ad gradū:ratio em̄ in litera directe posita cōtra additionē nō videtur locū habere in istis gradibus qm̄ nec distinguunf spē nec subiecto. Et augetur dubitatio:qꝛ aut author intēdit excludere opinionē dicētē q intēsio fit per additionē gradus ad gradū:aut nō.si nō:Cōtra quos ergo disputat? Et rursus diminute tractat materiā hāc:omittendo hanc principalem difficultatē.si sic:cū talis opinio non ponat additionē ꝑm speciem nec ꝑm subiectum/sꝫ ꝑm generationem noui gradus:quomodo ex his excludif?
¶ Ad primum dubium facile respondetur:dicendo q distinctio est sufficiens:ꝛ q verum est q per augmentum ex parte forme intendit varietatem specificam:quoniam vtitur hoc termino sicut in articulo precedente. Sed sciendū est q qꝛ forme accidentales intēsibiles ꝛ remissibiles nō distinguunf nisi aut formalr aut mālr:ꝛ distinctio specifica ex forma est:mālis aūt ex subiecto.iō author ꝑ illā distōnē nō intēdit aliā q̄ cōsuetā.s.aut additio est specifice differētis/aut numeralr.nec daf scđs modus:qm̄ additio gradus ad gradū intelligif gradus nūeralr distincti:vt tractādo ꝑm dubiū clari⁹ patebit q̄uo aūt licuerit additionē numeralē solū ꝑm additionē subiecti exercere: in scđo dicef dubio.
¶ Ad euidētiā secūde ambiguitatis sciēdū est/q tribus modis pōt q̄s imaginari additionē gradus ad gradū in q̄litatib⁹ prio/vt grad⁹ aliq̄s ꝑexn̄s ꝑm rem actu in aliquo adiūgatur forme exn̄ti i aliquo gradu nō in summo: sicut quātitas alimēti addif aiali qd augef,scđo/vt gradus aliquis ꝑexn̄s nō ꝑm rē/ sꝫ ꝑm intellectum ꝛ potētiā actiuam de foris apponaf forme non in summo :sicut aeri illuminato vnā candela addif aliud lumē ex alia candela postmodū: ꝛ fit magis illuminatus .tertio:vt gradus aliq̄s preexn̄s in potentia sbi educaf de ei⁹ potētia:ꝛ addaf ꝑexn̄ti sic cuꝫ forma educif de potētia sbi addif sbto:preter hos modos nescio aliū q̄ ad istos n̄ reducaf. Sciendū est deinde: qd qꝛ additio nō pōt intelligi vt.s.tho.i.2.2. q.24.dicit: absq intellectu duorū.s.ei⁹ cui addif:ꝛ ei⁹ q addif:dualitas āt sine distōne fingi neq̄t oꝫ omnē opionē ponētē intēsionē fieri ꝑ additionē distōnē horum duorū ꝓponere vel in re vel ꝑm imaginationē:q̄uis additione fctā possit fieri ex vtroq vnū:vt pꝫ:nec te lateat q idē ē iudiciū de additione magis ad min⁹ ꝛ additione grad⁹ ad gradū:ꝛ forme ad formā in eadē spē:vt pꝫ in lumine: est enim aer prius ex candela lucente vt duo illuminat⁹.ver.gra.vt duo. Et si apponatur alia candela eque virtutis ꝛc. erit illuminat⁹ vt quatuor:vt pꝫ ex hoc q melius ibi legimus:ꝛ vniuersaliter videmus:qd nō esset:si esset factū lumen maius extensiue:puta plura lumina ꝛ non maius intensiue. Et tn̄ constat q aliud numero lumē fieret:si subm occupatū nō inueniref. Et ꝓpter ea author loquēs de additiōe forme ad formā eiusdē spēi loquif etiā de additiōe grad⁹ ad gradū:grad⁹ em̄ caloris vt duo calor q̄dā est:ꝛ sic de alijs. Examinādo igif modos imaginatos additiōis in formis videam⁹ q̄uo additiōis rō ꝛ veritas inueniaf. In ꝑmo mō additiōis rō vere saluaf:sed nulla veritas:est em̄ impoł'e q gradus exn̄s addaf exn̄ti nisi sbm subto addaf. Et tūc nō fieret magis sed mai⁹ vel accn̄s migraret de subto in subm:qd est impoł'e. In scđo mō rō additiōis apparenter saluaf:est em̄ in eo nō additio:sed additionis mod⁹ q̄dā:vt apparet tū ex eo q deforis venit ꝑm veritatē vt in formarū infusarū intēsione:vel ꝑm estimationē vt in lumine:tū ex eo q id qd deforis venit intelligitur vt qdam indiuiduum eiusdem spēi non quod est sed quod esset si seorsuꝫ fieret:ꝛ sic saluaf quodāmō distinctio numeralis eius quod additur ad id cui additur veritas aut deficit:tum quoniā nulla forma naturalis intensibilis venit deforis nisi apud ponentes formas creari:licet quo ad formas supernaturales charitatem scilicet et huiusmodi verificetur aduentus deforis/sed presens ser-

Rñdeo Dicēdū,ꝙ sicut in quolibet artifice ꝑexistit rō eorū q̄ cōstituunt̃ per artē,ita etiā in quolibet gubernāte opꝫ ꝙ ꝑexistat ratio ordinis eoꝝ q̄ agēda sunt per eos q̄ gubernationi subdūtur.⁊ sicut ratio rerū fiendaꝝ per artē vocatur ars vel exēplar rerū artificiatarū,ita etiā ratio gubernātis actus subditorū rōnē legis obtinet seruatis alijs q̄ supra esse diximus de legis ratione.Deus aūt per suā sapiētiā cōditor est vniuersaꝝ reꝝ:ad q̄s cōparat̃ sicut artifex ad artificiata:vt in.1.habitū est. Est etiā gubernatoꝛ oīum actuū ⁊ motionū q̄ inueniunt̃ in singulis creaturis:vt etiā in.1.habitū est.Vñ sicut ratio diuine sapientie inquātū ꝑ eā cūcta sunt creata rōnē hꝫ artis vel exēplaris vel idee:ita ratione diuine sapiētie:mouētis oīa ad debitum finē obtinet rationē legis.⁊ ſm hoc lex eterna nihil aliud est q̄ ratio diuine sapientie ſm ꝙ est directiua oīum actuū ⁊ motionum.

Ad primū Ergo dicēdū,ꝙ aug.loquitur ibi de rationibus idealib⁹ q̄ respiciūt ꝓprias naturas singularū rerū.⁊ ideo in eis inuenit̃ qdā distinctio ⁊ pluralitas ſm diuersos respectus ad res:vt in.1.habitū est:sꝫ lex dicitur directiua actuū in ordine ad bonū cōe:vt.s.dictū est.Ea aūt q̄ sunt in se ipsis diuersa cōsiderant̃ vt vnū ſm ꝙ ordinant̃ ad aliqd cōe:et ideo lex eterna est vna q̄ est rō huius ordinis.¶Ad ſm dicēdū ꝙ circa verbū qdcunqꝫ duo possunt cōsiderari.s.ipsum verbū,et ea q̄ verbo exprimuntur.verbū enī vocale est qddā ab ore hois platū:sed hoc verbo exprimunt̃ q̄ verbis humanis significantur ⁊ eadē rō est de verbo hois mētali qd nihil est aliud q̄ qddā mēte ꝯceptū q̄ homo exprimit mētaliter ea de q̄bus cogitat.Sic igitur in diuinis ipsum verbū qd est cōceptio paterni intellectus ꝑsonaliter dicit̃:sꝫ oīa q̄cūqꝫ sunt in scia patris,siue essentialia:siue ꝑsonalia,siue etiā dei opa exprimunt̃ hoc verbo:vt patet ꝑ aug. in.15.de tri.⁊ inter cetera q̄ hoc verbo exprimunt̃ etiā ipsa lex eterna verbo ipso exprimitur.Nec tñ ꝓpter hoc sequit̃ ꝙ lex eterna ꝑsonaliter in diuinis dicat̃:appropriat̃ tñ filio ꝓpter cōuenietiam quā hꝫ rō ad verbum.¶Ad tertiū dicēdū,ꝙ rō intellectus diuini alr̄ se hꝫ ad res q̄ rō humani intellectus.Intellectus.n.hūanus est mēsuratus a rebus:vt scꝫ conceptus hois nō sit verus ꝓpter seipsum,sꝫ dicit̃ verus ex hoc ꝙ cōsonat rebus.ex hoc enī ꝙ res est vel nō est opinio vera vel falsa est.Intellectus vero diuinus est mēsura reꝝ:qꝛ vnaqꝫ res intm̄ hꝫ de veritate inquantuꝫ imitatur intellectū diuinū:vt in primo dictū est.⁊ ideo intellectus diuinus est verus ſm se.vnde ratio eius est ipsa veritas.

i.q.19. ar.4.ad ꝗ arti. 1.⁊.4.

¶Utrum lex eterna sit omnibus nota. Arti.2.

Ad scōm Sic ꝓcedit̃.Uidet̃ ꝙ lex eterna nō sit oibus nota.Quia vt dicit apl's 1.ad corin.2.Que sunt dei nemo nouit nisi spūs dei: sꝫ lex eterna est qdā rō in mēte diuina exñs.ergo oibus est ignota nisi soli deo.¶ꝓ.Sicut augu.dicit in li.de li.ar.lex eterna est qua iustū est vt oia sint ordinatissima: sꝫ nō oēs cognoscūt qualr̄ oia sint ordinatissima:ergo nō oēs cognoscūt legem eternaꝫ. ¶ꝓ.Aug.dicit in lib.de vera religio.ꝙ lex eterna est de q̄ hoies iudicare nō pñt:sed sicut in.1.ethi.dꝛ,vnusqsqꝫ bñ iudicat q̄ cognoscit.ergo lex eterna nō est nobis nota.

Sꝫ ꝯ Est,ꝙ au.dicit in li.de libe.ar.ꝙ eterne leg̃ notio nobis impssa ē.

Rñdeo Dicēdum,ꝙ duplr̄ aliqd cognosci pōt.Unomodo in seipso.alionō i suo effectu,in quo aliq̄ silitudo ei⁹ inuenit̃:sicut aliqs non vidēs solē in sua substātia cognoscit ipm in sua irradiatione. Sic igit̃ dōm est ꝙ legē eternā nullus pōt cognoscere ſm ꝙ in seipsa est nisi solus deus ⁊ beati q̄ deū ꝑ essentiā vidēt:sꝫ ois creatura rōnalis ipsam cognoscit ſm aliquā eius irradiationē vel maiorē vel minorē.ois.n.cognitio veritatis est qdā irradiatio ⁊ participatio legis eterne q̄ est veritas incōmutabilis:vt aug.dicit in lib.de vera religione.Ueritateꝫ aūt oēs aliqualr̄ cognoscūt ad minus quantū ad principia cōia legis nālis.in alijs vero qdā plus ⁊ qdā minus participāt de cognitione veritatis.⁊ ſm hoc etiā plus vel minus cognoscunt legem eternam.

Ad primū Ergo dicēdū,ꝙ ea que sunt dei in seipsis q̄dem cognosci a nobis nō pñt:sed tñ in effectibus suis nobis manifestant̃,ſm illud ro.1.Inuisibilia dei per ea q̄ facta sunt intellecta cōspiciuntur.¶Ad ſm dōm,ꝙ legē eternaꝫ etsi vnusqsqꝫ cognoscat ꝑ sua capacitate ſꝫ modū ꝑdictū,nullus tñ eā cōprehēdere potest. Nō enī total̃r manifestari pōt ꝑ suos effect⁹ ⁊ ideo nō opꝫ ꝙ q̄cūqꝫ cognoscit legem eternā ſm modū ꝑdictū:cognoscat totū ordineꝫ reꝝ quo oia sunt ordinatissima.¶Ad tertiū dicēdū,ꝙ iudicare de aliquo pōt intelligi dupl'r.Unomō sicut vis cognitiua dijudicat de ꝓprio obiecto:ſm illud iob.12.Nōne auris verba dijudicat:⁊ fauces comedētis saporē. ⁊ ſm istū modū iudicij ph̄s dicit,ꝙ vnusqsqꝫ bene dijudicat q̄ cognoscit iudicādo scilicet an sit verū qd ꝓponitur.Aliomodo ſm ꝙ superioꝛ iudicat de inferiori quodā practico iudicio:an.s.ita debeat esse vel nō ita.⁊ sic nullus pōt iudicare de lege eterna.

¶Utrū ois lex a lege eterna deriuet̃. Arti.3.

Ad tertiū Sic ꝓcedit̃. Uidet̃ ꝙ nō ois lex a lege eterna deriuetur. Est.n.qdā lex fomitis:vt supra dictū est.ipsa autē nō deriuatur a lege diuina q̄ est lex eterna:ad ipsam enim pertinet prudētia carnis:de qua apostolus dicit ad ro.8.ꝙ legi dei non potest esse subiecta.ergo non ois lex procedit a lege eterna. ¶Preterea.A lege eterna nihil iniquū procedere pōt:qꝛ sicut dictū est,lex eterna est ſꝫ quā iustū est vt oia sint ordinatissima:sꝫ quedā leges sunt iniq̄:ſm illud isa.10.Ue qui cōdūt leges iniquas.ergo nō omnis lex procedit a lege eterna.¶Preterea.Aug.dicit in 1.de lib.ar.ꝙ lex que populo regēdo scribitur,recte multa permittit que per diuinā ꝓuidētiā vindicantur:sed ratio diuine ꝓuidētie est lex eterna:vt dictum est.ergo nec etiaꝫ omnis lex recta procedit a lege eterna.

¶Super questionis.93.articulum tertium.

Omisso primo articulo:cuius difficultates in prima parte clare sunt:⁊ scdo qꝛ clarus est.In tertio dubiū occurrit: qꝛ autoꝛ deficere videtur ab intento aut falsum dicere:quū dicit rōnes inferiorū gubernantium sunt quecūqꝫ alie leges preter eternā.si nāqꝫ de oi lege preter eternā loquit̃:falsum dicit:qꝛ lex diuina nō est ratio inferioris gubernatoris:sed dei:⁊ ē alia ab eterna:vt patet in q.91.si aūt nō intendit de lege diuina nō hꝫ conclusio intenta scilicet ꝙ ois lex ab eterna deriuatur.

¶Ad hoc dꝛ ꝙ autoꝛ intēdit ēt de lege diuina ꝙ deriuat̃ ab eterna:qꝛ ponit ipsam esse per participationē legis eterne:vt expresse pꝫ superius in q.91.ar.4.ad 3m.vbi dixit:⁊ ideo supaddit̃ lex diuinitus data:ꝑ quā lex eterna ꝑticipat̃ altiori mō.Nec est veꝝ ꝙ lex dina ñ sit rō iferioꝝ gubernantium:qm̄ lex diuina nō dꝛ diuina a subiecto tanquā sit aliqd in deo:sola enim lex eterna est formaliter in deo:sed dicit̃ diuina ab authoritate a mō ⁊ a fine.Est nāqꝫ a dō supernālr̄ data ad ducēdū in deum supnālem finem:⁊ est lex dina:rō supnālis data hoi vt seipꝫ gubernet:⁊ ꝓprie ea est rō inferioꝝ gubernātium.s.hoium: nō ab eis adinuēta:sꝫ a dō suscepta.Et dō lege veteri pꝫ actuū.7.accepistis legem in dispōne angeloꝝ.de noua aūt inferius habebitur:ꝙ est ipsa gr̃a spiritussancti.Neutrum aūt horū est in deo nisi causaliter: sꝫ in hominis aia vtrū q̄ primum per intellectum ⁊ memoriam. scōm per essentiā aie ⁊ voluntatem.Et per hoc pꝫ ꝙ taꝫ lex eterna q̄ naturalꝫ ⁊ diuina sit rōnis ordīatio ad bonum cōe a deo qui curā hꝫ cōitatis ꝓmulgata.Et inter eternam ⁊ alias hec est dña ꝙ eterna ē in deo ac per hoc est ipse deus:alie aūt non sunt in deo:sꝫ effect⁹ eius in creaturis rōnalibus:ac per hoc illa est cā:cetere sunt ꝑtitiones illius:illa eterna : reliq̄ tēporales.

¶Super arti.5.

In articulo q̄rto q̄nto ⁊ sexto eiusdē.q.nihil aliud occurrit scribēdū nisi ꝙ in q̄nto articulo notes illd:nullus proprie loquendo suis actibus legem imponit. ⁊ hoc pro difficultate illa: vtrum princeps subdatur legibus.

Universidad de Deusto Biblioteca

Sed ꝯ Est, ꝙ puerb.8. diuina sapientia dicit, Per me reges regnant ⁊ legū cōditores iusta decernunt. Ratio aūt diuine sapientie est lex eterna: vt supra dictū est. ergo oēs leges a lege eterna procedunt.

Rñdeo Dōm, ꝙ sicut supra dictū est, lex importat rōnem quādā directiuā actuū ad finē. In oīb⁹ aūt mouētib⁹ ordinatis opꝫ ꝙ ꝟtus scōi mouētis deriuet a ꝟtute mouētis pmi: qꝛ mouēs scōm nō mouet nisi inq̄tū mouet a pmo. vñ in oīb⁹ gubernātib⁹ idē videm⁹ ꝙ rō gubernatiōis a pmo gubernāte ad scōos deriuat: sicut rō eorū q̄ sunt agēda in ciuitate deriuatur a rege p p̄ceptū in inferiores administratores. Et in artificialibus ēt rō artificialiū actuū deriuat ab architectore ad inferiores artifices q̄ manu operāt. Cū ergo lex eterna sit rō gubernationis in sup̄mo gubernāte, necesse est, ꝙ oēs rōnes gubernationis que sunt in inferiorib⁹ gubernātib⁹ a lege eterna deriuētur. Hmōi aūt rōnes inferiorū gubernantiū sunt quecūq3 alie leges preter legē eternā. vñ oēs leges inquantū pticipāt de rōne recta intm̄ deriuant a lege eterna. Et pp̄ter hoc aug. dicit in .1. de libe. arb. ꝙ in tpali lege nihil est iustum ac legitimum qd̄ non ex lege eterna homines sibi deriuauerunt.

Ad primū Ergo dōm, ꝙ fomes hꝫ rōnē legis in hoīe inquātū est pena ꝯñs diuinā iustitiā, ⁊ ſm hoc manifestū ē ꝙ deriuat a lege eterna. Inquantū vero inclinat ad pctm̄, sic cōtrariat legi dei ⁊ nō hꝫ rōnē legis: vt ex supradictꝭ pꝫ. ¶ Ad scōm dōm, ꝙ lex hūana intm̄ hꝫ rōnē legis inq̄tū est ſm rōnē rectā. ⁊ ſm h̄ manifestū est ꝙ a lege eterna deriuat: inquātū vero a rōne recedit, sic dr̄ lex iniq: ⁊ sic nō hꝫ rōnē legis, ſ3 magis violētie cuiusdā. Et tñ in ipsa lege iniq̄ inquantū seruat aliq̄d de silitudine legis pp ordinē ptātis eius q̄ legē fecit: ſm hoc ēt deriuatur a lege eterna. Omnis eñ ptās a dño deo est: vt dicit ro.13. ¶ Ad tertiū dōm, ꝙ lex hūana dr̄ aliqua pmittere, non quasi ea approbās: sed q̄si ea dirigere non potēs. multa aūt dirigunt lege diuina q̄ dirigi nō pñt lege hūana: plura eñ subdūtur cāe supiori q̄3 inferiori. vñ hoc ipsum ꝙ lex hūana nō se intromittit de his que dirigere nō pōt, ex ordine legis eterne prouenit. Secus aūt esset si approbaret ea q̄ lex eterna reprobat. vñ ex hoc nō hr̄ ꝙ lex hūana nō deriuet a lege eterna: sed ꝙ nō pfecte eā assequi possit.

¶ Utrū necessaria ⁊ eterna subijciant legi eterne. Arti.4.

1.q̄.22. ar.2. ad 3m ⁊ art. 4. ad.3. ⁊.q.103. art 1. ad 3m. Et 22e. q̄.49. ar.6.co.

AD quartū Uidet ꝙ necīa ⁊ eterna subijciantur legi eterne. Oē eñ qd̄ rōnabile ē rōni subdit: sed volūtas diuina ē rōnabilis cū sit iusta, ergo rōni subdit. ſ3 lex eterna ē rō diuina: ergo volūtas dei subdit legi eterne. voluntas aūt dei est aliq̄d eternū. ergo etiā eterna ⁊ necēia legi eterne subdūtur. ¶ P̄. Quicq̄d subijcit regi, subijcit legi regis. Filius aūt vt dr̄. 1. ad cor.1. subiectus erit deo ⁊ patri cū tradiderit ei regnū: ergo filius qui est eternus subijcit legi eterne. ¶ P̄. Lex eterna est ratio diuine puidētie: sed multa necessaria subduntur diuine prouidētie sicut pmanētia substātiarū incorporaliū ⁊ corporum celestium. ergo legi eterne subduntur etiam necessaria.

Sed ꝯ. Ea q̄ sunt necīa impoſſe est alr̄ se hr̄e, vñ cohibitione nō indigēt: ſ3 imponit hoi lex vt cohibeat a malis: vt ex supradictis pꝫ. ergo ea q̄ sunt necīa legi non subduntur.

Rñdeo Dōm, ꝙ sicut .s. dictū est: lex eterna ē rō diuine gubernatiōis. Quecūq3 ergo diuine gubernatiōi subdūtur, subijciunt ēt legi eterne: q̄ ꝟo gubernatiōi eterne nō subdūtur neq3 legi eterne subdūtur. Horū aūt distinctio attendi pōt ex his q̄ circa nos sunt. hūane eñ gubernatiōi subdūtur ea q̄ per hoies fieri pñt: q̄ ꝟo ad nām hoīs ptinēt, nō subdunt gubernationi hūane. s. ꝙ hō hēat aiam, vl' manū, aut pedes. Sic igr̄ legi eterne subdunt oīa q̄ sunt in reb⁹ a deo creatis, siue sint cōtingētia, siue sint necessaria. ea vero q̄ ptinēt ad naturā vel essentiam diuinam legi eterne non subduntur: sed sunt realiter ipsa lex eterna.

Ad primū Ergo dōm, ꝙ de volūtate dei duplr̄ possumus loq. Uno mō q̄tū ad ipsam volūtatē. ⁊ sic cū volūtas dei sit ipsa essentia eius, non subdit gubernationi diuine, neq3 legi eterne: sed idē est qd̄ lex eterna. Alio mō possumus loq̄ de volūtate diuina q̄tū ad ipsa q̄ deus vult circa creaturas. q̄ quidē subiecta sunt legi eterne inquantū horū rō est in diuina sapiētia. ⁊ rōne horū volūtas dei dr̄ rōnabilis: alioquin rōne suiipsius magis est dicēda ipsa rō. ¶ Ad scōm dōm, ꝙ filius dei non est a deo factus, sed nāliter ab ipso genitus. ⁊ ideo nō subdit diuine prouidētie aut legi eterne: sed magis ipse est lex eterna p quandā appropriationē: vt pꝫ p aug. in lib. de vera religione. Dicitur aūt esse subiectus pri rōne hūane nature ſm quā ēt pr̄ dicit esse maior eo. ¶ Tertiū cōcedimus: qꝛ pcedit de necessarijs creatis. ¶ Ad quartū dōm, ꝙ sicut phs dicit in .5. meta. q̄dā necessaria hñt cām sue necessitatis. ⁊ sic hoc ipm ꝙ impoſſe est ea alr̄ se habere hñt ab alio: ⁊ hoc ipm est cohibitio quedā efficacissima. Nam quecunq3 cohibent in cōi, intm̄ cohiberi dicunt, inquantū non possunt aliter facere q̄3 de eis disponatur.

¶ Utrum cōtingētia subsint legi eterne. Arti.5.

AD quintū Uidetur ꝙ nālia contingētia nō subsint legi eterne. Promulgatio eñ est de ratione legis: vt supra dictū est. sed promulgatio non pōt fieri nisi ad creaturas rōnales quibus pōt aliq̄d denūtiari. ergo sole creature rōnales subsunt legi eterne, nō ergo naturalia cōtingētia. ¶ P̄. Ea que obediunt rationi participant aliqualr̄ rōne: vt dr̄ in .1. ethi. Lex aūt eterna est ratio summa: vt .s. dictū est. cū igit nālia cōtingētia nō pticipent aliqualr̄ rōne. sed penit⁹ sint irrōnabilia, videt ꝙ nō subsint legi eterne. ¶ P̄. Lex eterna est efficacissima: sed in nālib⁹ contingētibus accidit defectus. non ergo subsunt legi eterne.

1.q̄.22. ar.2. Et.1.dis. 39.q̄.1. ar.2.co. Et 3.5 ca.71.⁊. 72.⁊.73 Et ꝟi.q. 5.arti3. ⁊.4. Etopus. 5.c.132. vsq3.136 Etopus. 11.c.12 vsq3.16. Et Job fi.cot.1.

Sed ꝯtra Est, ꝙ dicitur prouerb.8. Quādo circundabat mari terminum suum, ⁊ legem ponebat aquis ne transirent fines suos.

Rñdeo Dōm, ꝙ alr̄ est de lege hoīs dōm, ⁊ aliter de lege eterna q̄ est lex dei. Lex eñ hoīs nō se extēdit nisi ad creaturas rōnales q̄ hoi subijciunt. Cuius rō est: qꝛ lex est directiua actuū q̄ cōueniūt subiectis gubernationi alicuius. vñ nullus pprie loquēdo suis actib⁹ legē imponit. Quecūq3 aūt aguntur circa vsum rerū irrōnalium hoi subditarū, aguntur p actum ipsius hoīs mouētis hmōi res. nā hmōi irrōnales creature non agūt seipsas, sed ab alijs agunt: vt supra habitū est. ⁊ ideo rebus irrationalibus homo legē imponere non pōt q̄tūcunq3 ei subijciantur. reb⁹ aūt rōnalib⁹ sibi subiectis pōt imponere legem, inquantū suo p̄cepto vel denūtiatione quacunq3 imprimit menti earū quādā regulā q̄ est principiū agēdi. Sicut aūt hō imprimit denūtiādo qdd̄ā interius principiū actuum hoi sibi subiecto, ita etiam deus imprimit toti nature principia ppriorū actuū. ⁊ ideo per hūc modū deus dr̄ p̄cipere toti nāe: ſm illud psal. Preceptū posuit ⁊ nō p̄teribit. ⁊ p hāc ēt rōnē oēs motus ⁊ actiones totius nature legi eterne subdūtur. Unde alio modo creature irrōnales subduntur legi eterne, inquantū mouētur a diuina prouidentia, non aūt per intellectū diuini precepti sicut creature rationales.

Ad primū Ergo dōm, ꝙ hoc mō se hꝫ impressio actiui principij intrinseci q̄tū ad res nāles, sicut se hꝫ promulgatio legis q̄tū ad hoies: qꝛ p legis pmulgationē imprimitur hoib⁹ quoddā directiuū principium hūanorū actuū: vt dictum est. ¶ Ad scōm dōm, ꝙ creature irrōnales nō participāt rōne hūana, nec ei obediunt: participāt tñ p modum obedientie ratione diuina. Ad plura eñ se extēdit virtus rōnis diuine quaꝫ virtus rōnis hūane. Et sicut mēbra corporis hūani mouent ad imperiū rōnis, nō tñ participāt rōne (qꝛ nō hñt aliquā apprehensionē ordinatā ad rōnē) ita etiā creature irrōnales mouent a deo nec tñ pp hoc sunt rōnales. ¶ Ad tertiū dōm, ꝙ defectus qui accidūt in reb⁹ naturalib⁹ q̄uis sint p̄ter ordinē causarū particularium, non tñ sunt p̄ter ordinē causarū vniuersaliū: ⁊ p̄cipue cāe prime q̄ deus est: cuius puidētiam nihil subterfugere pōt, vt in primo dictū est. Et qꝛ lex eterna est rō diuine puidētie (vt dictuꝫ est) ideo defectus rerū naturalium legi eterne subduntur.

¶ Utrum oēs res humane subijciantur legi eterne. Art.6.

1.q̄.22. ar.2.co. ⁊ ad.2. Et.1.di. 39.q̄.2. ar.2.co. ⁊ ad 3m, Et 3.5 ca.1.64 90.111.⁊ 112. Et ꝟi.q. 5.ar.5. Etopus. 3.c.145.

AD sextū Uidetur ꝙ non oēs res humane subijciantur legi eterne. Dicit eñ apls ad gal.5. Si spū dei ducimini non estis sub lege: sed viri iusti q̄ sunt filij dei p adoptionē, spū dei agūtur: ſm illud ro.8. Qui spū dei agunt hi filij dei sunt. ergo non oēs hoies sunt sub lege eterna. ¶ P̄. Apostolus dicit ad ro.8. Prudētia carnis inimica est deo, legi eñ dei subiecta non est. sed multi hoies sunt in quib⁹ prudētia carnis dñatur. ergo legi eterne q̄ est lex dei nō subijciuntur oēs hoies. ¶ P̄. August. dicit in .1. de lib. arb. ꝙ lex eterna est qua mali miseriam, boni vitam beatā merētur. sed hoies iam beati vel iam damnati nō sunt in statu merendi. ergo non subsunt legi eterne.

Sed cōtra Est, ꝙ aug. dicit .9. de ci. dei. Nullo modo aliquid legib⁹ summi creatoris ordinationiq3 subtrahitur a quo pax vniuersitatis administratur.

Rñdeo Dōm, ꝙ duplex ē mod⁹ q̄ aliq̄d subdit legi eterne vt ex supradictꝭ pꝫ. Uno mō inq̄tū pticipatur lex eterna per modū cognitionis. Alio modo p moduꝫ actionis ⁊ passiōis, inquātū pticipat p modū interioris principij motiui. ⁊ hoc scōo mō subdunt legi eterne irrōnales creature: vt dcm̄ est. Sꝫ qꝛ rōnalis nā cū eo qd̄ est cōe oīb⁹ creaturis hꝫ aliqs sibi pprīū iquātū est rōnalis, iō ſm vtrūq3 modū legi eterne subdit: qꝛ ⁊ notionē legis eterne aliq̄ mō hꝫ: vt .s. dictū ē. ⁊ iterꝫ vnicuiq3 rōnali creature inest nālis inclinatio ad id qd̄ est ꝯsonū legi eterne. Sum⁹ .n. innati ad hñdū virtutes: vt dicit in .2. ethi. Uterq3 tñ modus imperfectus q̄dē est ⁊ quodāmō corrupt⁹ in malis: in q̄bus ⁊ inclinatio nālis ad virtutē deprauat p habitū vitiosuꝫ, ⁊ iterꝫ ipsa nālis cognitio boni in eis obtenebrat p passiōes ⁊ hit⁹ pctōrū. In bonis aūt vterq3 modus inuenit pfectior: qꝛ ⁊ supra cognitionē nālē boni supaddit eis cognitio fidei ⁊ sapiētie: ⁊ supra naturalē inclinationē ad bonū supaddit eis interius motiuū gr̄e ⁊ virtutis. Sic igit boni pfecte subsunt legi eterne tāq3 sp ſm eā agētes mali aūt subsunt q̄dē legi eterne, imperfecte q̄dē quātū ad actiones ipsoꝝ: put imperfecte cognoscūt, ⁊ imp̄fecte inclinant ad bonū: ſ3 quātū deficit ex pte actionis supplet ex pte passionis: prout scꝫ intm̄ patiunt qd̄ lex eterna dictat de eis, inquātū deficiūt facere qd̄ legi eterne conuenit. vñ aug. dicit in .1. de lib. ar. Iustos sub eterna lege agere existimo. ⁊ in lib. de cathecizādis rudibus dicit ꝙ deus ex iusta miseria aiaꝝ se deserētiū conuenientissimis legibus inferiores partes creature sue nouit ordinare.

Ad primū Ergo dōm, ꝙ illud verbū apl'i pōt intelligi duplr̄. Uno mō vt esse sub lege intelligat ille q̄ nolēs obligationē legis subdit q̄si cuidā pōderi. vñ glo. ibidem dicit, ꝙ sub lege est q̄ timore supplicij qd̄ lex minatur, non amore iustitie a malo ope abstinet. ⁊ hoc modo spūales viri nō sunt sub lege: qꝛ per charitatē quā spūsanctus cordibus eorū infundit voluntarie id qd̄ legis est implēt. Aliomō pōt etiā intelligi inquātum hoīs opa qui spūsancto agit magis dñr esse opa spūsancti q̄3 ipsius hoīs. vñ cū spūsanctus nō sit sub lege sicut nec filius (vt supra dictū est) sequit ꝙ hmōi opa inquantū sunt spiritussancti non sint sub lege. ⁊ huic attestatur qd̄ apostolus dicit. 2. ad cor.3. Ubi spūs dñi, ibi libertas. ¶ Ad ſm dicēdū, ꝙ prudētia carnis nō pōt subijci legi dei ex pte actionis: qꝛ inclinat ad actiones cōtrarias legi diuine. subijcitur tñ legi dei ex parte passionis: qꝛ meret pati penā ſm legē diuine iustitie. Nihilominus tñ in nullo homine ita prudētia carnis dñat ꝙ totū bonū nature corrūpat. ⁊ ideo remanet in hoīe inclinatio ad agēdū ea q̄ sunt legis eterne. Habitū est eñ supra ꝙ peccatū nō tollit totū bonū nāe. ¶ Ad tertiū dōm, ꝙ idē est p qd̄ aliq̄d cōseruat in fine ⁊ p qd̄ mouet ad finē: sicut corpus graue grauitate q̄escit in loco inferiori, p quā etiā ad locum ipsum mouet. Et sic dōm est, ꝙ sicut ſm legē eternā aliq̄ merent btitudinē vel miseriā, ita p eādē legē in btitudine vel miseria conseruant. ⁊ ſm hoc ⁊ bti ⁊ dānati subsunt legi eterne.

¶ De lege naturali. Questio.94.

DEinde Cōsiderādū est de lege naturali. ¶ Et circa hoc querunt sex. Primo q̄d sit lex naturalis. Scōo que sint precepta legis naturalis. Tertio vtrū oēs actus virtutū sint de lege nature. Quarto vtrū lex naturalis sit vna apud oēs. Quinto vtrum sit mutabilis. Sexto vtrum possit a mente hominis deleri.

¶ Utrum lex naturalis sit habitus. Articulus.1.

AD primū Sic pceditur. Uidetur ꝙ lex naturalis sit habitus. Quia vt phs dicit in .2. ethi. Tria sunt in anima, potētia, habitus ⁊ passio: sed naturalis lex nō est aliq̄ potētiarū aīe, nec aliqua passionū: vt patet enumerādo per singula. ergo lex naturalis est habitus. ¶ Preterea. Basilius dicit, ꝙ cōsciētia siue sinderesis est lex intellectus nostri, qd̄ nō pōt intelligi nisi de lege naturali: sed sinderesis est habitus q̄dā: vt in primo habitū est. ergo lex naturalis est habit⁹. ¶ P̄. Lex naturalis sp in hoīe manet: vt infra patebit: ſ3 nō sp rō hoīs ad quā lex pertinet cogitat de naturali lege. ergo lex nālis nō est actus, sed habitus.

Sed ꝯtra Est, ꝙ aug. dicit in li. de bono cōiugali, ꝙ habitus est quo aliq̄d agitur cū opus est. ſ3 naturalis lex nō est hmōi: est .n. in paruulis ⁊ damnatis qui per eaꝫ agere non possunt. ergo lex naturalis non est habitus.

Rñdeo Dicēdū, ꝙ aliq̄d pōt dici esse habitus dupliciter. Unomodo pprie ⁊ essentialr̄. ⁊ sic lex nālis nō est habitus. Dictū est .n. supra ꝙ lex nālis est aliq̄d per rōnē cōstitutū: sicut etiā ppō est qdd̄ā opus rōnis. nō est autē idē qd̄ q̄s agit ⁊ quo q̄s agit: aliqs eñ per habitū grāmatice agit orationē congruā. Cū igitur habitus sit quo q̄s agit, nō pōt esse ꝙ lex aliqua sit hitus pprie ⁊ essentialr̄. Aliomō pōt dici habitus id qd̄ hitu tenet: sicut dicitur fides id qd̄ fide tenetur. ⁊ hoc modo qꝛ p̄cepta legis naturalis q̄nq3 ꝯsiderantur in actu a rōne, q̄nq3 autē sunt in ea habitualr̄ tm̄. ſm hūc modū pōt dici, ꝙ lex naturalis sit habit⁹: sicut etiā principia indemonstrabilia in speculatiuis non sunt ipsi habitus principiorū, sed sunt principia quorum est habitus.

Ad p̄mū Ergo dicēdū, ꝙ phs intendit ibi inuestigare gen⁹ virtutis. ⁊ cū manifestū sit ꝙ virtus sit qdd̄ā pncipiū actus, illa tm̄ ponit q̄ sunt principia humanorū actuū. s. potētias, habit⁹, ⁊ passiōes. p̄ter hec āt tria sunt q̄dā alia in aīa sicut q̄dā act⁹: vt velle est in volēte, ⁊ ēt cognita sunt in cognoscēte: ⁊ pprietates nāles aīe insunt ei, vt immortalitas ⁊ alia hmōi. ¶ Ad ſm dōm ꝙ sinderesis dr̄ lex intell'ꝰ nr̄i, iquātū ē hitus cōtinēs p̄cepta legis nālis q̄ sunt prima principia opeꝝ hūanoꝝ. ¶ Ad tertiū dōꝫ, ꝙ rō illa ꝯcludit ꝙ lex nālis hitualr̄ tenet: ⁊ hoc cōcedimus. ¶ Ad id ꝟo qd̄ in ꝯtriū obijcit dōꝫ ꝙ eo qd̄ hitualr̄ inest q̄nq3 aliqs vti nō pt pp aliqd̄ impedimētū: sicut homo nō pōt vti habitu scie pp somnū: ⁊ silr̄ puer nō pōt vti habitu intellectus principiorū, vel etiā lege nāli q̄ ei hitualr̄ inest propter defectū etatis.

¶ Utrū lex naturalis contineat plura precepta vel vnum tantum. Arti.2.

AD scōm Sic pcedit. Uidet ꝙ lex naturalis nō ꝯtineat plura precepta. ſ3 vnū tm̄. Lex .n. cōtinet in genere p̄cepti: vt supra habitū est. si igit essent multa p̄cepta legis naturalis, seq̄ret ꝙ etiā essent multe leges nāles. ¶ P̄. Lex naturalis ꝯsequit hoīs naturā: ſ3 humana natura est vna ſm totū, lꝫ sit multiplex ſm partes. aut ergo est vnū p̄ceptū tm̄ legis nature pp vnitatē totius, aut sunt multa ſm multitudinē ptiū nature humane. ⁊ sic oportebit ꝙ etiā ea q̄ sunt de inclinatione cōcupiscibilis ptineāt ad legē naturalē. ¶ P̄. Lex est aliq̄d ad rationē pertinēs: vt supra dictuꝫ est: sed ratio in homine est vna tm̄: ergo solum vnum preceptum est legis naturalis.

Sed ꝯ Est, qꝛ sic se hñt p̄cepta legis nālis in hoīe quātū ad operabilia sicut se hñt prima principia in demr̄atiuis: ſ3 pria principia indemr̄abilia sunt plura ergo etiā p̄cepta legis nature sunt plura.

Rñdeo Dicēdū, ꝙ sicut supra dictuꝫ est, p̄cepta legis nāe hoc mō se hñt ad rōnē practicā sicut principia prima demr̄ationū se hñt ad rōnē speculatiuā: vtraq3 .n. sunt q̄dā pncipia p se nota. Dicit aūt aliq̄d p se notū duplr̄. Uno mō ſm se. Aliomodo quo ad nos. ſm se q̄dē q̄libet ppō dr̄ p se nota, cuius p̄dicatū est de rōne subti: cōtingit tñ ꝙ ignorāti diffōnē subti talis ppō non erit p se nota: sicut ista ppō, hō est rōnale est p se nota ſm sui naturā. qꝛ q̄ dicit hoiem dicit rōnale, ⁊ tñ ignorāti q̄d sit hō, hec ppō non est p se nota ⁊ inde est ꝙ sicut dicit boetius in lib. de hebdomadibus, q̄dā sunt dignitates vel ppōnes per se note cōiter oībus. ⁊ huiusmodi sunt ille ppōnes q̄ꝝ termini sunt oībus noti: vt oē totū est maius sua pte: ⁊ q̄ vni ⁊ eidē sunt eq̄lia sibiinuicē sunt eq̄lia, q̄dā vero ppōnes sunt p se note solis sapiētibus qui terminos ppōnū intelligūt q̄d significēt: sicut intelligēti ꝙ angelus non est corpus, per se notum est ꝙ nō est circunscriptiue in loco: qd̄ non est manifestum rudibus, q̄ hoc non

¶ Super.q.94.

N.q.94.p̄mo notādū est p intellectu multoꝝ articuloꝝ cōiter: deinde sigillatim dicetur. In cōmuni igitur scito ꝙ quēadmodū in speculatiuis p̄ter prima principia p se nota i geometria i arithmetica ⁊c. ita in practicis p̄ter cōissima p̄cepta prima. s. esse bonū psequēdū/ malū eē vitādū/ sunt ppria precepta etiā prima in illo ordine. ita ꝙ ſm vnumquēq3 inclinationis naturalis gradū sunt aliqua precepta prima vt principia ppria per se nota/ ⁊ reliqua p̄cepta secūda/ vt conclusiones ex eis dependētes. ꝟ.g. in hoie sunt tres inclinationes naturales. s. ad esse ⁊ viuere/ ad generationē: ⁊ ad rationaliter se habēdū ad se ⁊ ad alios. prima p̄cepta in singulis inclinationibus sunt de fine p̄mario illius habendo: cōseruando/ consequendo ⁊ de illius contrarijs vitandis. secūda aūt precepta sunt de fine secundario einsdē inclinationis: ⁊ illius ꝯtrarijs/ ⁊ etiā facilitatem/ et difficultatem prebentibus primario fini. ꝟ.g. in inclinatione nostra esse ⁊ viuere: comedere nō comedere: pertinēt ad prima precepta: qꝛ comestione conseruat vita que est primari⁹ finis illius ⁊ non comedēdo absq3 dubio destruitur. Tali autē cibo vel potu vti quibus hō ad p̄ōptitudinē vite q̄ est finis secūdarius eiusdē vtitur pertinet ad secūdaria p̄cepta eiusdē inclinationis, ad que etiā spectat moderamen cibi pot⁹ ⁊ exercitij quibus facilius vita cōseruatur ⁊ horū cōtraria: iuxta doctrinam authoris in quarto sniaꝝ. distin. 33a. q. pria. Propter qd̄ q̄n legis aliquid esse cōtra prima precepta legis nature non recurras statim ad cōmunissima simpliciter: sed respice i qua mā est sermo: et curre ad p̄cepta prima in illo ordine: ⁊ intuendo primariū finem non quo ad bene esse: ſ3 quo ad esse perspicies quid veritatis habeat que legis ⁊c. Et quoniam pricipia prima in ta

Universidad de Deusto Biblioteca

principia p̄ria i tali ordine reducunt ad p̄ria simpl'r ꝛ dependēt ab eis: ꝛ defendũtur ab illis. ꝛ rursus principia p̄ria i tali ordine/ sed ḃm se sint p se nota: non opꝫ esse p se nota q̄ ad nos: ac p h̄ cōtingit/ q̄ sunt ḃm se p̄ricipia p se nota esse q̄ ad nos cōclones: idcirco p̄ria p̄cepta p̄p̄ria illi inclinationi ad viuere appellantur q̄nq̄ȝ cōclones/ ꝛ scd̄aria precepta re primorũ simpl'r ꝛ q̄ ad nos. ¶ Ad singulos aũt articulos deueniēdo in p̄rio mā da memorie ꝙ sinderesis est hitus legis nālis nō lex ip̄a proprie loquēdo. In secundo ꝙ oīa p̄cepta legis nāe radicātur in vno p̄rio rōne cuius dr̄ lex vna. In tertio ꝙ act⁹ ḃm suam spēm vocantur nāl'r sumpti. ꝟ.g. comedere i cena aut p̄ādio gallinā ē act⁹ ꝟtuosus vni/ ꝛ vitiosus alteri: ꝛ sic de alijs. In quarto ꝙ resolo doctrine autoris ex calce corpis articuli sumēda ē quomodo scꝫ rectitudo in prop̄rijs cōclonib⁹ naturalis legis nō est eadē apud oēs scꝫ propter defectũ in paucioribus. ꝛ caue ne misceas ius hũanũ: sed infra latitudinē naturalis iuris vel contra aut p̄ter illud morare ꝛ discurre. In quinto ꝙ p̄prie loquitur de primis preceptis ꝛ secũdis. non solũ nāq̄ȝ prima simpliciter: sed p̄ria in quolibet ordine sunt immutabilia omnino/ salua tamen dispēsatione diuina (vt infra diffusius patebit) cui natura omnis subiecta est. In sexto autē articulo secũdaria p̄cepta etiā pro primis principijs in tali ordine supponũt: ꝛ delebilia dicuntur a cordib⁹ hominum/ que non apud oēs per se nota sũt: vt p̄cepta p̄rima simpl'r. Ex tali nāq̄ȝ ignorātia emanat illud/ oē iuuans statuit Jupiter esse pium.

1. dis. 3. q. 1. ar. 3. q̄ō. 1. ad 4m.

capiunt. In his aũt que in apprehēsione hominũ cadũt quidā ordo inuenitur. Nā illud ꝙ p̄rio cadit in apprehēsione est ens, cui⁹ intellectus includitur in oib⁹ q̄cũq̄ȝ q̄s apprehēdit. ꝛ ideo primũ p̄ncipiũ indemr̄abile ē, ꝙ nō ē sil' affirmare ꝛ negare. qd̄ fundatur supra rōnem entis ꝛ nō entis: ꝛ sup h̄ principio oīa alia fundātur: vt dr̄ i. 4. meta. Sicut aũt ens ē primũ qd̄ cadit in app̄hensione simpl'r, ita bonũ est primũ qd̄ cadit in app̄hēsione practice rōnis que ordinatur ad op⁹. Omne em̄ agēs agit pp̄ finē, q̄ hꝫ rōnē boni. ꝛ id̄ primũ p̄ncipiũ in rōe practica est, quod fundatur supra rationem boni, q̄ ē bonũ ē qd̄ oīa appetũt. H̄ ē ergo primũ p̄ceptũ legis ꝙ bonũ est faciēdũ ꝛ p̄seq̄ndũ: ꝛ malũ vitādũ. ꝛ sup h̄ fundantur oīa alia p̄cepta legis nāe: vt. s. oīa illa faciēda vl' vitāda pertineāt ad p̄cepta legis nāe: q̄ rō practica nāl'r app̄hēdit eē bona hũana. q: vero bonũ hꝫ rōnē finis, malũ aũt rōnē ꝯ̄rij, inde ē ꝙ oīa illa ad q̄ hō hꝫ nālē inclinationē rō nāl'r apprehēdit vt bona ꝛ p cōseques vt opere p̄sequēda, ꝛ ꝯ̄ria eorũ vt mala ꝛ vitanda. ḃm igitur ordinē inclinationũ nāliũ ē ordo p̄ceptorũ legis nāe. Inest em̄ p̄rio inclinatio hois ad bonũ ḃm nām in q̄ cōicat cũ oib⁹ substātijs p̄ut s. q̄libet suba appetit cōseruationē sui esse ḃm suā nām: ꝛ ḃm hāc inclinationē ptinēt ad legē nālē ea p q̄ vita hois cōseruatur ꝛ ꝯ̄riũ impeditur. Scd̄o inest hoi inclinatio ad aliq̄ magis spālia ḃm naturā in q̄ cōicat cum ceteris aīalibus. ꝛ ḃm hoc dr̄ ea esse de lege naturali q̄ natura oīa aīalia docuit: vt est cōmixtio maris ꝛ femine, ꝛ educatio liberorum ꝛ silia. Tertio mō inest homini inclinatio ad bonũ ḃm naturā rōnis q̄ est sibi p̄pria: sicut homo hꝫ naturalē inclinationē ad hoc ꝙ veritatē cognoscat de deo, ꝛ ad hoc ꝙ in societate viuat. ꝛ ḃm hoc ad legē naturalē ptinēt ea que ad hmōi inclinationē spectant: vtpote ꝙ hō ignorātiā vitet, ꝙ alios nō offendat cũ q̄b⁹ debet cōuersari, ꝛc. hmōi q̄ ad hoc spectant.

Ad primũ Ergo dōm, ꝙ oīa ista p̄cepta legis nature inq̄ȝtum referũtur ad vnũ primũ p̄ceptũ hñt rōnem vnius legis nālis. ¶ Ad scd̄m dōm, ꝙ oēs hmōi inclinationes quarũcunq̄ȝ ptium nature hũane (puta cōcupiscibilis ꝛ irascibilis) ḃm ꝙ regulātur rōne, ptinēt ad legē naturalē ꝛ reducũtur ad vnũ primũ p̄ceptũ: vt dictũ est. ꝛ ḃm hoc sunt multa p̄cepta legis nature in seipsis: que tñ cōicāt in vna radice. ¶ Ad tertiũ dōm, ꝙ ra[tio] etsi in se vna sit, tñ est ordinatiua omniũ que ad hoies spectāt. ꝛ ḃm hoc sub lege rōnis continentur oīa ea que ratione regulari possunt.

¶ Utrum omnes actus virtutũ sint de lege nature. Art. 3.

A D tertiũ Uidetur qd̄ non omnes actus virtutũ sint de lege nature. Quia vt. s̄. dictũ est, de rōne legis est vt ordinetur ad bonum cōe. sed quidā virtutũ actus ordinantur ad bonum p̄uatũ alicuius: vt pꝫ p̄cipue in actibus temperātie. nō ergo oēs actus virtutũ legi subdũtur naturali. ¶ P̄. Omnia peccata aliquibus virtuosis actib⁹ opponũtur. si igitur oēs actus virtutũ sint de lege nature, videtur ex cōsequēti ꝙ oīa pctā sint cōtra naturā, qd̄ tñ spāliter de q̄busdam peccatis dr̄. ¶ P̄. In his q̄ sunt ḃm nām oēs cōueniũt. sed in actib⁹ virtutũ non oēs cōueniunt: aliquid em̄ est virtuosum vni qd̄ est alteri vitiosum. ergo non oēs actus virtutum sunt de lege nature.

Sed ꝯ̄ Est, ꝙ dam̄. dicit in. 3. lib. ꝙ ꝟtutes sunt nāles. ergo ꝛ actus virtuosi subiacent legi nature.

Rñdeo Dōm, ꝙ de actib⁹ virtuosis dupl'r loq̄ possum⁹. Uno mō inq̄ȝtũ sunt ꝟtuosi. alio mō inq̄ȝtũ sũt tales act⁹ in p̄prijs spēb⁹ cōsiderati. Si igitur loq̄mur de actib⁹ ꝟtutũ inq̄ȝtũ sunt ꝟtuosi, sic oēs act⁹ ꝟtuosi ptinēt ad legē nāe. dcm̄ est em̄ ꝙ ad legē nāe ptinet oē illud ad ꝙ hō inclinatur ḃm naturā. Inclinatur aũt vnũquodq̄ȝ nāl'r ad opōnē sibi cōuenientē ḃm suam formā: sicut ignis ad calefaciēdũ. vñ cũ aīa rōnalis sit p̄pria forma hois, nālis inclinatio inest cuilibet hoi ad h̄ ꝙ agat ḃm rōnē: ꝛ hoc est agere ḃm ꝟtutē. vñ ḃm hoc oēs act⁹ ꝟtutũ sunt de lege nāli: dictat em̄ hoc nāliter vnicuiq̄ȝ p̄pria rō vt ꝟtuose agat. Sed si loquamur de actib⁹ ꝟtuosis ḃm seipsos (prout. s. in p̄prijs spēbus cōsiderātur) sic nō oēs actus ꝟtuosi sunt de lege nāe: multa em̄ ḃm ꝟtutē fiunt ad q̄ nā nō p̄rio inclinat: sed p rōnis inquisitionem ea homines adinuenerunt quasi vtilia ad bene viuendum.

Ad primũ Ergo dōm, ꝙ tēperātia est circa cōcupiscentias nāles cibi ꝛ potus ꝛ venereorũ. q̄ q̄dem ordinātur ad bonũ cōe nāe: sicut ꝛ alia legalia ordinātur ad bonũ cōe morale. ¶ Ad scd̄m dōm, ꝙ nā hois pōt dici vel illa que est p̄pria hois: ꝛ ḃm hoc oīa pctā inq̄ȝtũ sunt ꝯ̄ rōnē, sunt ēt cōtra nām: vt pꝫ p dam̄. in. 2. lib. vel illa q̄ est cōis hoi ꝛ alijs aīalibus. ꝛ ḃm hoc q̄dā spālia pctā dicũtur eē cōtra nām: sicut ꝯ̄ cōmixtionē maris ꝛ femine q̄ est nālis oib⁹ aīalib⁹ est cōcubitus masculorũ qd̄ spāl'r dr̄ vitiũ cōtra nām. ¶ Ad tertiũ dōm, ꝙ rō illa procedit de actib⁹ ḃm seipsos cōsideratis. sic em̄ pp̄ diuersas hois conditiōes cōtingit ꝙ aliq̄ act⁹ sunt aliquib⁹ ꝟtuosi tāq̄ȝ eis p̄portionati ꝛ cōuenientes: qui tñ sũt alijs vitiosi tāq̄ȝ eis nō p̄portionati.

5. dist. 37. ar. 3. cor. Et. 4. d. 33. q. 1. ā. 1. cor. ꝛ ar. 2. ad 1m.

¶ Utrum lex nature sit vna apud omnes. Art. 4.

A D quartũ Uidetur ꝙ lex nāe nō sit vna apud oēs. Dicitur em̄ in decretis dist. 1. ꝙ ius nāle est qd̄ in lege ꝛ in euāgelio cōtinetur: sed hoc nō est cōe oibus: q: vt dr̄ ro. 10. Nō oēs obediunt euāgelio. ergo lex nālis nō est vna apud oēs. ¶ P̄. Que sunt ḃm legē iusta esse dñr: vt dr̄ in. 5. ethic. sed in eo. lib. dr̄ ꝙ nihil est ita iustũ apud oēs quin apud aliquos diuersificetur. ergo etiā lex nālis nō est apud oēs eadē. ¶ P̄. Ad legē nāe ptinet id ad qd̄ hō ḃm nām suā inclinatur: vt supra dictũ est. sꝫ diuersi hoies natural'r ad diuersa inclinātur, alij quidē ad cōcupiscētiam voluptatum, alij ad desideria honorũ, alij ad alia. ergo non est vna lex naturalis apud omnes.

Sed cōtra Est, ꝙ Isidorus dicit in li. etymologiarũ, Jus naturale est commune omni nationi.

Rñdeo Dōm, ꝙ sicut supra dictũ ē. ad legē nāe ptinet ea ad q̄ hō natural'r inclinatur: inter q̄ hoi p̄priũ est vt inclinetur ad agēdũ ḃm rōnē. ad rōnē aũt ptinet ex cōib⁹ ad p̄pria procedere: vt pꝫ ex p̄rio p̄hicorũ. Al'r tñ circa hoc se hꝫ rō speculatiua, ꝛ al'r practica. q: em̄ rō speculatiua p̄cipue negociatur circa necessaria q̄ impossibile est al'r se hr̄e, absq̄ȝ aliquo defectu inuenitur ꝟitas in cōclusionib⁹ p̄prijs, sicut ꝛ in principijs cōibus: sed ratio practica negociatur circa cōtingētia: in quib⁹ sunt opationes hũane: ꝛ id̄ si in cōib⁹ sit aliqua necessitas † quāto magis ad p̄pria descēditur tāto magis inuenitur defect⁹. Sic igitur in speculatiuis est eadē ꝟitas apud oēs tam in principijs q̄ȝ in cōclonib⁹: lꝫ veritas nō apud oēs cognoscatur in cōclonib⁹, sed solũ in principijs que dñr cōes cōceptiones. In opatiuis aũt nō est eadē veritas vel rectitudo practica apud oēs q̄ȝtũ ad p̄pria, sed solũ q̄ȝtũ ad cōia: ꝛ apud illos apud quos est eadē rectitudo in p̄prijs non est equaliter oibus nota. Sic igitur pꝫ ꝙ q̄ȝtũ ad cōia principia rōnis siue speculatiue siue practice est eadē veritas seu rectitudo apud oēs ꝛ equal'r nota. † Quātũ vero ad p̄prias cōclusiones rōnis speculatiue est eadē veritas apud oēs, nō tñ equal'r oibus nota. Apud oēs em̄ verum est ꝙ triangulus hꝫ tres angulos equales duobus rectis, q̄ȝuis hoc non sit oibus notũ: sed q̄ȝtũ ad p̄prias cōclusiones rōnis practice nec est eadem veritas seu rectitudo apud oēs: nec etiam apud quos est eadē est equal'r nota. Apud oēs em̄ h̄ rectũ ē ꝛ verũ vt ḃm rōnē agatur. Ex h̄ aũt principio sequitur quasi cōclo p̄pria, ꝙ deposita sint reddēda. ꝛ h̄ q̄dē vt in plr̄ibus verũ est: sed pōt i aliq̄ casu cōtingere ꝙ sit dānosum: ꝛ p ꝯ̄ñs irrōnabile si deposita reddantur: puta si aliq̄s petat ad ipugnādā p̄riā. ꝛ h̄ tāto magis inuenitur deficere q̄ȝto magis ad pticularia descenditur, puta si dicatur ꝙ deposita sunt reddēda cũ tali cautiōe vel tali mō. Quāto em̄ plres cōditiōes pticulares apponuntur tāto plrib⁹ modis poterit deficere vt nō sit rectũ vel in reddendo, vel in non reddēdo. Sic igitur dōm ē: ꝙ lex nāe q̄ȝtum ad p̄ma principia cōia est eadē apud oēs ꝛ ḃm rectitudinē ꝛ ḃm notitiā: sed q̄ȝtũ ad q̄dā p̄pria q̄ sũt q̄si conclones p̄ncipiorũ cōium, est eadē apud oēs ēt

Al's ꝟeritas.

vt in plr̄ibus ꝛ ḃm rectitudinē ꝛ ḃm notitiā: sed vt in paucioribus potest deficere, ꝛ q̄ȝtũ ad rectitudinē pp̄ aliqua particularia impedimenta. (Sicut etiā nature generabiles ꝛ corruptibiles deficiunt vt in paucioribus p̄pter impedimēta) ꝛ ēt q̄ȝtũ ad notitiam. ꝛ hoc p̄pter hoc ꝙ aliqui hñt deprauatā rōnē ex passione, seu ex mala cōsuetudine, seu ex mala habitudine nāe: sicut apd̄ germanos olim latrociniũ nō reputabatur iniquũ (cũ tñ sit expresse cōtra legem nature) vt refert iulius cesar in lib. de bello gallico.

Ad primũ Ergo dōm, ꝙ verbũ illud nō est sic intelligēdum quasi oīa que in lege ꝛ in euāgelio continentur sint de lege nature: cũ multa tradātur ibi supra naturā. sed q: ea que sunt de lege nature plenarie ibi tradũtur. vñ cũ dixisset gratianus ꝙ ius nāle est qd̄ in lege ꝛ in euāgelio continetur: statim exemplificando subiunxit, quo quisq̄ȝ iubetur alij facere qd̄ sibi vult fieri. ¶ Ad scd̄m dōm, ꝙ verbũ p̄hi est intelligēdum de his que sunt nāliter iusta. nō sicut principia cōia, sed sicut quedā cōclones ex his deriuate. que vt in pluribus hñt rectitudinē, ꝛ vt in paucioribus deficiunt. ¶ Ad tertiũ dōm, ꝙ sicut ratio in homine dñatur ꝛ imperat alijs potētijs, ita opꝫ ꝙ oēs inclinatiōes naturales ad alias potētias pertinētes ordinētur ḃm rationem. vnde hoc est apud omnes cōiter rectũ, vt ḃm rationē dirigantur omnes hominum inclinationes.

¶ Utrum lex nature mutari possit. Arti. 5.

A D quintũ Uidetur ꝙ lex nature mutari possit. Quia super illud eccle. 17. Addit eis disciplinā ꝛ legē vite. vt dicit glo. legē litere q̄ȝtum ad correctionē legis nālis scribi voluit: sed illud qd̄ corrigitur mutatur. ergo lex nālis potest mutari. ¶ P̄. Contra legē nālem est occisio innocentis, ꝛ etiam adulterium ꝛ furtũ: sed ista inueniuntur esse mutata a deo: puta cum deus p̄cepit abrae ꝙ occideret filiũ innocentem: vt habetur gen. 22. Et cũ p̄cepit iudeis vt mutuata egyptiorũ vasa subriperent: vt habetur exo. 12. Et cũ p̄cepit osee vt vxorē fornicariā acciperet: vt habetur osee. 1. ergo lex naturalis potest mutari. ¶ P̄. Isidorus dicit in lib. etymologiarũ, ꝙ cōis oium possessio ꝛ vna libertas est de iure nāli: sed hec videmus esse mutata per leges humanas. ergo videtur ꝙ lex naturalis sit mutabilis.

1. art. 4. cor. ꝛ ad 2m. et. ꝟ. 97. ā. 1. ad 1m. Et 3. di. 37. ar. 3. cor. Et. 4. di. 33. q. 1. ā. 1. cor. et articu. 1. ad 1m.

Sed cōtra Est, ꝙ dicitur in decretis dist. 5. Naturale ius ab exordio rationalis creature nec variatur tempore: sed immutabile permanet.

Rñdeo Dōm, ꝙ lex nālis pōt intelligi mutari dupliciter. Uno modo p hoc ꝙ aliq̄d ei addatur. ꝛ sic nihil prohibet legē nālem mutari: multa em̄ supra legē nālē superaddita sunt ad humanā vitā vtilia, tam p legē diuinā q̄ȝ etiam per leges humanas. Alio modo pōt intelligi mutatio legis nālis p modũ subtractionis: vt. s. aliquid desinat esse de lege nāli qd̄ prius fuit ḃm legē nālem. ꝛ sic q̄ȝtũ ad prima principia legis nature est oīno immutabilis. Quantum aũt ad scd̄a precepta que diximus esse quasi quasdā p̄prias cōclusiones p̄pinquas primis principijs, sic lex naturalis nō immutatur quin vt in pluribus sit rectũ semper qd̄ lex naturalis hꝫ. pōt tamen mutari ꝛ in aliquo particulari ꝛ in paucioribus p̄pter aliquas speciales causas impedientes obseruantiam talium preceptorum: vt supra dictum est.

Ad primũ Ergo dicēdũ, ꝙ lex scripta dicitur esse data ad correctionē legis nālis: vel q: p legē scriptā suppletũ est qd̄ legi nāe deerat: vel q: lex nāe in aliquorũ cordib⁹ q̄ȝtũ ad aliq̄ corrupta erat, intm̄ vt existimarēt esse bona q̄ nāl'r sunt mala. ꝛ talis corruptio correctione indigebat. ¶ Ad ḃm dōꝫ ꝙ nāli morte moriuntur oēs cōiter tā nocētes q̄ȝ innocētes, q̄ q̄dē naturalis mors diuina potestate inducitur pp̄ peccatũ originale: ḃꝫ illud. 1. regũ. 2. Dñs mortificat ꝛ viuificat. ꝛ id̄ absq̄ȝ aliqua iniustitia ḃm mādatũ dei pōt infligi mors cuicũq̄ȝ hoi vel nocenti vel innocētī. Sil'r etiā adulteriũ est cōcubit⁹ cũ vxore aliena: q̄ q̄dē est ei deputata ḃm legē dei diuinitus traditā. vñ ad quācũq̄ȝ mulierē aliq̄s accedat ex mādato diuino, nō est adulteriũ nec fornicatio. Et eadē rō est de furto qd̄ est acceptio rei aliene: q̄cq̄d ei accipit aliq̄s ex mādato dei qui est dñs vniuersorum, nō accipit absq̄ȝ volũtate dñi: qd̄ est furari. Nec solũ in rebus humanis q̄cq̄d a deo mādatur hoc ipso est debitũ, sꝫ etiā in rebus nālib⁹ q̄cq̄d a deo fit est nāle q̄dāmō: vt in primo dictũ est. ¶ Ad tertiũ dōm, ꝙ aliq̄d dr̄ esse de iure nāli dupl'r. Uno mō q: ad hoc nā inclinat: sicut nō esse iniuriā alteri faciēdā. Alio mō q: nā nō inducit ꝯ̄riũ: sicut possemus dicere ꝙ hoiem esse nudũ est de iure naturali: q: nā nō dedit ei vestitũ, sꝫ ars adinuenit. ꝛ hoc mō cōis oium possessio ꝛ oium vna libertas dr̄ esse de iure nāli: q: s. distinctio possessionũ ꝛ seruit⁹ nō sunt inducte a nā: sꝫ p hoiuꝫ rōnē ad vtilitatē hũane vite. ꝛ sic ēt in h̄ lex nāe nō est mutata nisi per additionem.

¶ Utrũ lex nature possit a corde hois aboleri. Arti. 6.

A D sextũ Sic p̄cedit. Uidetur ꝙ lex nāe possit a corde hois aboleri. Quia ro. 2. sup illud, Cũ gētes q̄ legē nō hñt ꝛc. Dicit glo. qd̄ in interiori hoie p gratiā innouato, lex iustitie inscribitur quā deleuerat culpa: sꝫ lex iustitie est lex nature. ergo lex nāe pōt deleri. ¶ P̄. Lex grē est efficacior q̄ȝ lex nāe: sed lex grē deletur p culpā. ergo multo magis lex nāe pōt deleri. ¶ P̄. Illud qd̄ lege statuitur inducitur q̄si iustũ: sꝫ multa sunt ab hoib⁹ statuta ꝯ̄ legē nature. ergo lex nāe p̄t a cordibus hoium aboleri.

1. q. 99. ar. 2. ad 2.

Sed ꝯ̄tra Est, ꝙ aug. dicit in. 2. confes. Lex tua scripta est in cordibus hoium: quā nec vlla q̄dē delet iniquitas: sed lex scripta in cordibus hominum est lex naturalis. ergo lex naturalis deleri non potest.

Rñdeo Dicēdũ, ꝙ sicut supra dictũ est, ad legē naturalē pertinēt primo quedam precepta cōissima q̄ sunt oibus nota. quedā aũt secũdaria precepta magis propria: q̄ sunt quasi conclusiones propinque principijs. Quātum ergo ad illa principia cōia lex naturalis nullo modo pōt a cordibus hoiuꝫ deleri in vl'i: deletur tñ in particulari operabili ḃm ꝙ ratio impeditur applicare cōe principiũ ad particulare opabile pp̄ cōcupiscētiā vel aliq̄ȝ aliā passionē: vt supra dictũ est. Quātũ vero ad alia p̄cepta secũdaria pōt lex nālis deleri de cordib⁹ hoiuꝫ: vel pp̄ malas p̄suasiones (eo mō quo etiam in speculatiuis errores contingunt circa ꝯ̄clones necias) vel ēt pp̄ prauas cōsuetudines ꝛ habitus corruptos: sicut apud quosdā nō reputabantur latrocinia peccata, vel vitia contra naturam: vt etiam apostolus dicit ad ro. 1.

Ad primũ Ergo dōm, ꝙ culpa delet legē nāe in particulari: non aũt in vl'i: nisi forte q̄ȝtũ ad secũda precepta legis nāe eo mō quo dctm̄ est. ¶ Ad scd̄m dōm, ꝙ grā etsi sit efficacior q̄ȝ nā: tamen nā essentialior est homini: ꝛ ideo magis permanens. ¶ Ad tertium dicendũ, ꝙ ratio illa procedit de secundis preceptis legis nature: contra que aliqui legislatores statuta aliqua fecerunt, que sunt iniqua.

¶ De lege humana. Q̄ō. 95.

D Einde Cōsiderādum est de lege humana. ¶ Et primo q̄dē de ipsa lege ḃm se. secũdo de ptāte ei⁹. tertio, de eius mutabilitate. ¶ Circa primum queruntur quatuor. Primo de vtilitate ipsius. scd̄o, de origine eius. tertio, de qualitate ipsius. quarto, de diuisione eiusdem.

¶ Utrum fuerit vtile aliquas leges poni ab hoibus. Ar. 1.

A D p̄mũ Sic p̄cedit. Uidetur ꝙ nō fuerit vtile aliquas leges poni ab hoibus. Intentio enim cuiuslibet legis est vt per eam hoies fiant boni: sicut supra dictũ est: sed homines magis inducũtur ad bonum voluntarij p monitiōes q̄ȝ coacti p leges: ergo nō fuit neciuꝫ leges ponere. ¶ P̄. Sic dicit p̄hs in. 5. eth. Ad iudicē cōfugiũt hoies sicut ad iustũ aīatũ: sꝫ iustitia animata est melior q̄ȝ inaīata q̄ legib⁹ ꝯ̄tinetur: ergo melius fuisset vt executio iusti[tie] cōmitteretur arbitrio iudicũ q̄ȝ ꝙ sup hoc lex aliqua cōderetur. ¶ P̄. Lex oīs directiua est actuũ hũanorũ: vt ex supradictis pꝫ: sed cũ hũani act⁹ cōsistāt in singularib⁹ que sunt infinita, nō pñt ea q̄ ad directionē hũanorũ actuũ ptinēt sufficiēter considerari nisi ab aliquo sapiēte q̄ inspiciat singula: ergo meli⁹ fuisset arbitrio sapiētũ dirigi actus humanos q̄ȝ aliqua lege posita: ergo non fuit necessariũ leges humanas ponere.

s. q. 91. ar. 1. Et 2. dist. 9. ar. 3. co. co. 2. et ad. 5. Et 2. di. 4. art. 2.

Sꝫ ꝯ̄tra Est, ꝙ isidor⁹ dicit in lib. etymolo. Facte sunt leges vt earũ metu hũana coerceretur audacia, tutaq̄ȝ sit inter iprobos innocētia: ꝛ in ipsis iprobis formidato supplicio refrenetur nocendi facultas: sed hec sunt necessaria maxime humano generi: ergo necessariũ fuit ponere leges humanas.

Rñdeo Dōm, ꝙ sicut ex supradictis pꝫ: hoi nāl'r inest quedā aptitudo ad virtutē: sed ipsa ꝟtutis p̄fectio necesse est ꝙ hoi adueniat p aliquā disciplinā: sicut etiā videm⁹ ꝙ per aliquā industriā subuenitur hoi in suis necessitatib⁹: puta in cibo ꝛ vestitu quorũ initia q̄dā hꝫ a nā. s. rōnē ꝛ man⁹: nō aũt ipsum complementũ sicut cetera animalia quibus nā dedit sufficienter tegumentũ ꝛ cibũ. Ad hāc autē disciplinā nō de facili inuenitur hō sibi sufficiēs: q: perfectio virtutis p̄cipue cōsistit i retrahēdo hoiem ab indebitis delectatiōib⁹: ad q̄s p̄cipue hoies sunt p̄ni: ꝛ maxie iuuenes circa q̄s ē efficacior disciplina: ꝛ id̄ opꝫ ꝙ hmōi disciplinā per quam ad virtutem perueniatur homines ab alio

Universidad de Deusto Biblioteca

¶ Sup. q. 95. arti. 2. In arti. 2. q. 95. obmisso primo dubio occurrit de scdo mō deriuationis a lege nāli s. p modū determinationis inquātū dr ꝙ ē similis determinationi forme artificialis cōis ad spālē: sicut artifex formā domus ad hanc vel illā figuraz determinat: qr aut intēdit de determinatiōe vlis ad min⁹ vl'e vel singulare: ꝛ hoc non: tū quia frustra de artificialibus esset sermo magis q̄ de alijs: tū qr tā min⁹ vl'e q̄ singulare ex vli deriuaᵗ vt ꝯcl'o ex pncipio: ex h nāqꝫ ꝙ oē malū est fugiendū deducit sylogistice cōclusio qd tale malū/ ꝛ hoc malū est fugiendū: ꝛ sic scdos mod⁹ coincideret cū pmo. Aut intēdit determinationē forme ad māꝫ vel econuerso. Et h non qr vtriqꝫ ꝯdicit declaratio sua sic artifex determinat formā cōez dom⁹ ad hāc vl' illaz figuraz dom⁹: forma nāqꝫ dom⁹: ꝛ talis figura dom⁹: n̄ se hn̄t vt mā ꝛ forma: sꝫ vt magis ꝛ minus cōmune: vt pꝫ. ¶ Ad h dr ꝙ i lege cōsiderari pn̄t tria. Prio ipsa mā legis puta qr est de punitione vl' de tali pena. Secūdo ipsa vis legis: d q̄ iā dcm̄ est: in q̄ cōsistit. Tertio act⁹ pcept⁹ vel phibit⁹ a lege. Si ꝯsiderem⁹ originē leg꞉ pure positiue a nāli quo ad mām: verificatū inuenim⁹ ꝙ oritur a nāli p modū determinatiōis: vt l lra dr: vt pꝫ facile inductiue. Ex h em̄ iure nāe ꝙ mali sunt puniēdi deriuaᵗ determinando punitionē ad talē punitionē ꝛ malos ad tales malos/ ꝙ fures sunt suspendendi: sil'r ex hoc iure nāe ꝙ abstinendū ē ꝓpter ꝯtēplationē ꝛc. deriuaᵗ determinādo abstinentiā ad puationē es⁹ carniū ꝛc. ꝙ ieiunādū ē. Et sil'r ex hoc nāe iure ꝙ dei cultui tp̄s aliqd impēdēdū ē deriuatur determinatio tēporis ꝛ cult⁹/ ꝙ dnica audiaᵗ missa ꝛ sic d alijs. Et si huic ꝯiūgas/ ꝙ hmōi determinatio nō cōdat vim legis nisi fiat ad cōe bonū ab hn̄te curā multitudis rōcinante ꝛ eligente magis hoc q̄ illud sub

3.3. cap. 123. co.

fortiant: ꝛ q̄dez q̄stū ad illos iuuenes q̄ sunt proni ad act⁹ vtutū ex bona dispōne nāe vel consuetudine, vel magis diuino munere: sufficit disciplina pr̄na q̄ est p monitiōes. Sꝫ qr inueniunᵗ quidā ꝓterui ꝛ ad vitia ꝓni q̄ verbis de facili moueri nō pn̄t, necēe fuit ꝙ p vim vel metū cohiberenᵗ a malo: vt saltē sic malefacere desistētes, ꝛ alijs q̄etā vitā redderēt, ꝛ ipsi tandē p hmōi assuetudinē ad h perducerenᵗ ꝙ volūtarie facerēt q̄ pri⁹ metu implebāt ꝛ sic fierēt virtuosi. Hmōi aūt disciplina cogēs metu pene est disciplina legū. vnde necessariū fuit ad pacē hoim ꝛ vtutem ꝙ leges ponerenᵗ: qr sicut phs dicit in. 1. politice: sicut hō si sit pfectus vtute est optimū aialiū: sic si sit sepat⁹ a lege ꝛ iustitia ē pessimū oim: qr hō hꝫ arma rōnis ad explendas cōcupiscētias ꝛ seuitias q̄ nō hn̄t alia aialia.

Ad pmū Ergo dcm̄, ꝙ hoies bn̄ dispositi meli⁹ inducunᵗ ad virtutē monitiōib⁹ volūtarijs q̄ coactione: sed q̄dā male dispositi nō ducunᵗ ad virtutē nisi coganᵗ. ¶ Ad 2m dcm̄, ꝙ sicut phs dic 1. rheto. Meli⁹ ē oia ordinari lege q̄ dimittere iudicū arbitrio: ꝛ h ꝓpter tria. Primo quidē qr facili⁹ est inuenire paucos sapientes q̄ sufficiāt ad rectas leges ponēdas q̄ mltos q̄ reqrerenᵗ ad recte iudicandū de singulis. Scdo qr illi q̄ leges ponūt ex multo tpe cōsiderāt q̄d lege ferendū sit: sꝫ iudicia de singularibus fctis fiūt ex casib⁹ subito exortis. Facili⁹ aūt ex mltis ꝯsideratis pōt hō vidē q̄d rectū sit q̄ solū ex aliq̄ vno fcō. Tertio qr legislatores iudicāt in vli ꝛ de futuris: sꝫ homines iudicijs p̄sidētes iudicāt de pn̄tibus ad q̄ afficiunᵗ amore vel odio aut aliq̄ cupiditate: ꝛ sic eorū deprauaᵗ iudiciū. Qr ḡ iustitia aiata iudicis nō inueniᵗ i mltis: ꝛ qr flexibilis ē: ideo necessariū fuit i q̄buscūqꝫ ꝛ posse legē determiare q̄d iudicādū sit, ꝛ paucissima arbitrio hoim ꝯmittere. ¶ Ad 3m dcm̄, ꝙ q̄dā singl'aria q̄ nō pn̄t lege cōphēdi, nece ē cōmittere iudicib⁹ vt ibidē phs dic puta d eo qd est fctm̄ eē vel nō esse, ꝛ de alijs hmōi.

¶ Utrum omnis lex humanit⁹ posita a lege naturali deriuetur. Arti. 2.

fiebat in eorũ cõsecratiõe vel institutiõe, ad hoc ptinebat, vt ostẽderetur eos hẽre q̃dã prerogatiuã puritatis z veritatis z dignitatis. Et iõ in institutiõe ministrorũ tria fiebãt. primo em̃ purificabãtur, scdo ordinabãtur z cõsecrabãtur, tertio applicabant ad vsum ministerij. Purificabant quidẽ cõiter oẽs p ablutionẽ aque z p quedã sacrificia. spãliter aũt leuite radebãt oẽs pilos carnis sue: vt hr̃ leui. 8. Cõsecratio vero circa põtifices z sacerdotes hoc ordine fiebat. primo em̃ postq̃ abluti erãt, induebant quibusdã vestimẽtis spãlib⁹, ptinẽtib⁹ ad designandã dignitatẽ ipsorũ. Spãliter aũt põtifex oleo vnctionis in capite vngebat: vt designaret q̃ ab ipso diffundebat ptãs cõsecrãdi ad alios, sicut oleũ a capite deriuat ad inferiora: vt hr̃ in psal. sicut vnguentũ in capite qd descẽdit in barbã barbã aaron. Leuite vero nõ hẽbant aliã cõsecrationem nisi qd offerebant dño a filijs israel p manus pontificis, qui orabat pro eis. Minorũ vero sacerdotũ sole manus cõsecrabãtur, que erãt applicãde ad sacrificia. Et de sanguine aialis immolatitij tingebat extremũ auricule dextre ipsorũ, z polices pedis aut manus dextre, vt. s. essent obediẽtes legi dei in oblatione sacrificiorũ: q̃ significat in intinctione auris dextre. z q̃ essent solliciti z prompti in executiõe sacrificiorũ: q̃ sigtur in intinctione pedis z manus dextre. Aspergebant ẽt ipsi z vestimẽta eorũ sanguine aialis immolati in memoriã sanguinis agni: p quẽ fuerũt liberati in egypto. Offerebãtur aũt in eorũ cõsecratione hmõi sacrificia. Vitulus pro peccato, in memoriam remissionis peccati aarõ circa cõflationẽ vituli. Aries in holocaustũ, in memoriã oblationis abrae, cuius obedientiã pontifex imitari dẽbat. Aries etiam cõsecrationis qui erat quasi hostia pacifica, in memoriam liberatiõis de egypto p sanguinẽ agni. Canistrũ aũt panũ in memoriã mãne pstiti pplo. Pertinebat aũt ad applicationẽ ministerij q̃ imponebant sup manus eorũ, adeps arietis, z torta panis vnius, z armus dexter, vt oñderet q̃ accipiebãt ptãtem hmõi offerẽdi dño. Leuite vo applicabant ad ministeriũ p hoc q̃ intromittebant in tabernaculũ federis, q̃si ad ministrandũ circa vasa sanctuarij. Figuralis vero horũ rõ erat: q̃ illi qui sunt cõsecrãdi ad spũale ministeriũ xp̃i, dñt primo purificari p aquã baptismi z lachrymarũ in fide passionis xp̃i: qd est expiatiuũ z purgatiuum sacrificium. Et debẽt radere oẽs pilos carnis. i. oẽs prauas cogitationes. debẽt ẽt ornari virtutib⁹, z cõsecrari oleo spũssancti, et aspersiõe sanguinis xp̃i. Et sic debẽt esse intẽti ad exequẽda spũalia ministeria. ¶ Ad nonũ dicendũ, q̃ sicut iã dictũ est, intẽtio legis erat inducere ad reuerentiam diuini cultus. Et hoc duplr. Vno modo excludẽdo a cultu diuino oẽ id qd poterat esse cõtemptibile. alio modo apponẽdo ad cultũ diuinũ oẽ illud qd videbatur ad honorificẽtiã ptinere. Et si hoc quidẽ obseruabat in tabernaculo z vasis eius z aialibus immolãdis, multomagis hoc obseruandũ erat in ipsis ministris. Et ideo ad remouendũ cõtemptũ ministrorũ, pceptũ fuit vt nõ hẽrent maculã vel defectũ corpalẽ: q̃ hmõi hoies solẽt apud alios in cõtemptu haberi. Propter qd etiã institutũ fuit, vt nõ sparsim ex quolibet gñe ad dei ministerium applicarent, sed ex certa psapia fm gñis successionẽ, vt ex hoc clariores z nobiliores haberentur. Ad hoc autem q̃ in reuerentia haberentur, adhibebatur eis specialis ornat⁹ vestiũ z spãlis cõsecratio. Et hec est in cõi causa ornat⁹ vestiũ. In speciali autẽ sciendum est, q̃ pontifex hẽbat octo ornamenta. Primo enim hẽbat vestẽ lineã. Scdo hẽbat tunicã hyacinthinã: in cui⁹ extremitate versus pedes ponebantur p circuitũ tintinabula q̃dam z mala punica facta ex hyacintho z purpura coccoq; bis tincto. Tertio hẽbat suphumerale, qd tegebat humeros z anteriorẽ partem vsq; ad cinguliũ: qd erat ex auro z hyacintho, z purpura coccoq; bis tincto, z bisso retorta. z sup humeros hẽbat duos onychinos: in q̃bus erãt sculpta noĩa filiorũ israel. Quartũ erat rõnale, ex eadẽ materia factũ: qd erat quadratũ, z ponebatur in pectore, z cõiũgebatur suphumerali. Et in hoc rõnali erãt duodecim lapides pretiosi distincti per quatuor ordines. in q̃bus ẽt sculpta erant noĩa filiorũ israel, quasi ad designandũ, q̃ ferret onus toti⁹ populi p hoc q̃ hẽbat noĩa eorũ in hũeris: z q̃ iugiter debebat de eorũ salute cogitare, p hoc q̃ portabat eos in pectore quasi i cordibus. In quo ẽt rõnali mandauit dñs poni doctrinam z veritatẽ: q̃ quedam pertinẽtia ad veritatem iustitie z doctrine scribebãtur in illo rõnali. Iudei tamen fabulant q̃ in rationali erat lapis q̃ secũdũ diuersos colores mutabat secũdũ diuersa q̃ debebant accidere filijs israel: z hoc vocãt veritatẽ z doctrinã. Quintũ erat baltheus. i. cingulus q̃dã fact⁹ ex pdictis q̃tuor colorib⁹. Sextũ erat tiara. i. mitra q̃dam de bysso. Septimum autem erat lamina aurea pendẽs in fronte eius: in qua erat scriptũ nomen domini. Octauũ autẽ erat femoralia linea, vt operirent carnem turpitudinis sue quando accederẽt ad sanctuarium vel ad altare. Ex istis aũt octo ornamentis minores sacerdotes habebãt quatuor: scilz tunicam lineam, femoralia, baltheum z tiaram. ¶ Horum ornamẽtorum quidam rationem literalem assignant dicentes, q̃ in istis ornamentis designabatur dispositio orbis terrarum: quasi pontifex protestaretur se esse ministrum creatoris mundi. vnde etiaz sap. 18. dicitur q̃ in veste aaron erat descriptus orbis terrarum. Nam femoralia linea figurabant terram ex qua linum nascitur. balthei circumuolutio significabat oceanum, qui circũcingit terram. Tunica hyacinthina, suo colore significabat aerem: p cuius tintinabula significabantur tonitrua, per mala granata coruscationes. Superhumerale vero significabat sua varietate celum sydereum. duo onychini duo hemispia, vel solem z lunam. Duodecim gemme in pectore, duodecim signa in zodiaco: que dicebant posita in rationali: q̃ in celestibus sunt rationes terrenorũ: scdm illud Iob. 38, nũquid nosti ordinez celi, z ponis rationem eius in terra? Cidaris autem vel tiara significabat celum empyreum. lamina aurea deum omnibus presidentem. ¶ Figuralis vero ratio manifesta est. Nam macule vel defectus corporales, a q̃bus debebãt sacerdotes esse immunes, significãt diuersa vitia z pctã quibus debẽt carere. Prohibet. n. esse cecus. i. ne sit ignorãs. Ne sit claudus. i. instabilis, z ad diuersa se inclinãs. Ne sit paruo vel grandi, vel torto naso. i. ne per defectũ discretiõis. vel in plus vel in minus excedat, aut etiam aliqua praua exerceat. per nasuz em̃ discretio designatur: q̃ est discretiuus odoris. Ne sit fracto pede vel manu. i. ne amittat virtutem bene operandi vel procedendi in virtutem. Repudiatur etiam si habeat gibbuz vel ante vel retro: per quem significatur superfluus amor terrenorum. Si est lippus. i. per carnalem affectum, eius ingenium obscuratur: contingit enim lippitudo ex fluxu humoris. Repudiatur etiam si hẽat albuginem in oculo. i. presumptionem candoris iustitie in sua cogitatione. Repudiatur etiam si habeat iugem scabiem. i. petulantiam carnis. Et si habuerit impetiginem: que sine dolore corpus occupat z membrorum decorem fedat: per quam auaritia designatur. Et etiam si sit herniosus vel ponderosus: qui. s. gestat pondus turpitudinis in corde, lz non exerceat in opere. ¶ Per ornamenta vero designantur virtutes ministrorũ dei. Sunt autẽ quatuor que sunt necessarie omnibus ministris. s. castitas, que significatur per femoralia. Puritas vero vite, que significatur per lineam tunicam. Moderatio discretiõis, que significatur per cingulum. Et rectitudo intentionis que significatur per tiarã protegentem caput. Sz pre his pontifices debent q̃tuor habere. Primo quidem iugem dei memoriam in contemplatiõe, z hoc significat lamina aurea habens nomen dei in fronte. Secundo q̃ supportẽt infirmitates populi: quod significat superhumerale. Tertio q̃ habeant populum in corde z in visceribus p solicitudinẽ charitatis: qd significat p rõnale. Quarto q̃ hẽant cõuersationẽ celestẽ per opa pfectionis: qd significat p tunicã hyacinthinã. Vñ z tunice hyacithine adiũgunt in extremitate tintinabula aurea: p q̃ significat doctrina diuinorũ, q̃ dz coniungi celesti cõuersationi põtificis. Adiũgunt etiã mala punica, per que significat vnitas fidei z concordia in bonis moribus: q̃ sic coniuncta dz esse eius doctrina, vt per eã fidei z pacis vnitas non rumpatur.

¶ Utrum fuerit aliqua rationabilis causa obseruantiarum cerimonialium. Arti. 6.

AD sextũ Sic proceditur. Videt q̃ obseruantiarum cerimonialium nulla fuerit rationabilis causa. Quia vt apostolus dicit. 1. ad thimo. 4. omnis creatura dei est bona, z nihil reijciendum quod cum gratiaruz actione percipitur. Inconuenienter igitur prohibiti sunt ab esu quorundam ciborum tanq̃; immundorum: vt patet leuit. 10. ¶ Preterea. Sicut animalia dantur in cibum hominis, ita etiaz z herbe. vnde dicitur gen. 9. quasi olera virentia dedi vobis omnem carnem. Sed in herbis lex non distinxit aliquas immundas: cum tamen alique illarum sint maxime nociue, vtputa venenose. ergo videt q̃ nec de animab⁹ aliqua debuerint phiberi tanquã imũda ¶ Preterea. Si materia est immunda ex qua aliquid generatur, pari rõne vr̃ q̃ id qd generat ex ea sit imundum. Sed ex sanguine gñatur caro. Cũ igitur nõ oẽs carnes phiberent tanq̃; immũde, pari rõne nec sanguis debuit phiberi quasi immundus aut adeps, qui ex sanguine gñatur. ¶ Preterea. Dñs dic matth. 10. eos non esse timendos qui occidunt corpus, quia post mortem nõ hñt quid faciant: qd non esset veruz si in nocumentum hoi cederet q̃d ex eo

Universidad de Deusto Biblioteca

fieret: multo igitur minus ptinet ad aial iā occisum q̄lr eius carnes decoquantur: irrōnabile igitꝰ videtur esse qđ đr exo.23. Non coques hedū in lacte matris sue. ¶ P̄. Ea q̄ sūt primitiua in hominibus ⁊ aialibꝰ tanq̄ pfectiora precipiunt dño offerri: inconuenienter igitur precipit leuit.19. Quādo ingressi fueritis terram ⁊ plantaueritis in ea ligna pomifera, auferetis preputia eorum idest pria germina ⁊ imunda erūt vobis, nec edetis ex eis. ¶ P̄. Uestimentum extra corpꝰ hois est: nō igitur debuerūt quedam specialia vestimēta iudeis iterdici: puta quod đr leuit.19. Uestem q̄ ex duobꝰ texta ē nō iduerís. ⁊ deut.20. Non iduet mulier veste virili, ⁊ vir nō iduet veste feminea. ⁊ infra. Non iduerís vestimēto quod ex lana linoq; cōtextū est. ¶ P̄. Memoria mādatorum dei nō ptinet ad corpꝰ, sz ad cor: incōuenienter igr̄ pcipit deute.6. quod ligarēt precepta dei quasi signum in manu sua, ⁊ ꝙ scriberentur i limine ostiorū, ⁊ ꝙ p angulos palliorū facerēt fimbrias in quibꝰ ponerent vittas hyacithinas in memoria mandatorum dei: vt hr̄ numeri.15. ¶ P̄. Apostolus dicit.1.ad cor.6. ꝙ nō est cura deo de bobꝰ, ⁊ p cōsequēs neq; de alijs aialibꝰ irrōnalibꝰ: incōuenienter igr̄ precipit deuter.22. Si ambulaueris p viam et inueneris nidum auis non tenebis matrem cū filijs. ⁊ deut.25. Non alligabis os bouis triturantis. ⁊ leuit.19. iumenta tua non facies coire cū alterꝰ gñis aiantibꝰ. ¶ P̄. Inter plantas nō fiebat discretio mūdorū ab immūdis. Ergo multo minus circa culturā plātarū debuit aliq̄ discretio adhiberi. ĝ incōuenienter precipitur leuit.19. Agrum non seres diuerso semine. ⁊ deut.22. Non seres vineā tuā altero semine, ⁊ nō arabis in boue simul ⁊ asino. ¶ P̄. Ea q̄ sunt inaiata maxie vīr hoium ptāti esse subta: inconuenieter igitur arcet hō ab argento ⁊ auro ex qbꝰ fabricata sunt idola ⁊ ab alijs q̄ i idolor domibꝰ iueniunt precepto legis qđ hr̄ deut.7. Ridiculū ēt vr̄ esse preceptū qđ hr̄ deut.23. Ut gestiones humo operirent fodientes in terra. ¶ P̄. Pietas maxime in sacerdotibus reqritur: sz ad pietatē ptinere vr̄ ꝙ aliqs funeribus amicor intersit. vñ ēt de hoc thobias laudat vt hr̄ thob.1. Silr̄ etiaz q̄nq; ad pietatem ptinet ꝙ aliqs in vxorē accipiat meretricem: quia per hoc eam a pctō ⁊ infamia liberat. ergo vr̄ ꝙ hec inconuenienter prohibeantur sacerdotibus. leuitici.21.

Sed ꝯtra Est, ꝙ đr deut.18. Tu āt a dño deo tuo aliter institutus es. ex quo pōt accipi ꝙ hmōi obseruantie sunt istitute a deo ad quādā specialē illius populi prerogatiuam. non ergo sunt irrationabiles aut sine causa.

Rñdeo Dicendum ꝙ ppl's iudeorum (vt.s.dcm̄ est) spālr erat deputatus ad cultū diuinū, ⁊ inter eos specialiter sacerdotes. ⁊ sicut alie res que applicant ad cultū diuinū aliquam specialitatē debēt hr̄e qđ ptineat ad honorificētiā diuini cultus, ita ēt ⁊ in cōuersatiōe illiꝰ ppl'i ⁊ precipue sacerdotum debuerunt esse aliqua specialia cōgruentia ad cultū diuinū, vel spiritualē vel corporalē. Cultꝰ āt legis figurabat mysteriū chr̄i. vñ oīa eorum gesta figurabāt ea q̄ ad chrm̄ ptinēt: fz illud.1.ad cor.10. Omnia in figurā cōtingebāt illis. ⁊ iō rōnes harū obseruantiarū dupliciter assignari possunt. Uno modo scđm congruētiā ad diuinum cultum. Alio modo scđz ꝙ figurāt aliqd circa chr̄ianorū vitam.

Ad primū Ergo dicendum ꝙ sicut.s.dcm̄.est, duplex pollutio vel imunditia obseruabat in lege. Una quidem culpe: p quā polluebat aīa. alia autem corruptionis cuiusdam: p quā quodāmodo inquinat corpus. Loquendo igitur de pria immunditia nulla genera ciborū imunda sunt, vel hominem inquinare possunt scđm suā naturam. vñ đr matth.15. Non quod intrat in os coinqnat hoiem, sed que procedunt de ore hec coinqnant hoiem. ⁊ exponit h de pctis. Pñt tñ aliq cibi p accidens inqnare aiam: inquātū.s. contra obedientiā, vel votum, vel ex nimia cōcupiscētia comedunt, vel inquātū pbent fomentum luxurie. propter qđ aliqui a vino ⁊ carnibꝰ abstinēt. Scđz autem corporalem imunditiā que ē corruptionis cuiusdam, alique animalium carnes imunditiā habent. vel quia ex rebus immundis nutriunt: sic porcus, aut imūde cōuersant: sic quedam aialia sub terra habitātia: sic talpe ⁊ mures ⁊ alia hmōi, vñ ēt quēdā fetorē cōtrahūt. vel q eorū carnes pp supfluā humiditatē vel siccitatē corruptos humores i corpibꝰ hūanis gñant. ⁊ iō phibite sūt eis carnes aialiū hñtiū soleas.i. vngulā cōtinuā ñ fissā, pp eor terrestreitatē. ⁊ silr̄ sūt eis phibite carnes aialiū habētiū multas fissuras i pedibꝰ: q sūt nimis colerica ⁊ adusta: sic carnes leonis ⁊ hmōi. ⁊ eadē rōne phibite sūt eis aues q̄dā rapaces: q̄ sūt nimie siccitatis. ⁊ q̄dā aues aquatice pp excessū hūiditatꝭ. Silr̄ ēt q̄dā pisces ñ hñtes pēnulas ⁊ squāmas: vt āguile ⁊ hmōi, pp excessū hūiditatꝭ. Sūt āt eis cōcessa ad esū aialia ruminantia ⁊ findētia vngulā: q habent humores bñ digestos ⁊ sunt medie cōplexionis: q nec sunt nimis humida, qđ significāt vngule, neq; sunt nimis terrestria: cū nō habeāt vngulā cōtinuā sed fissam. In piscibus etiā cōcessi sunt eis pisces sicciores: qđ significat p hoc qđ habēt squāmas ⁊ pēnulas: p hoc em̄ efficit temperata cōplexio humida pisciū. In auibus ēt sunt eis cōcesse magis temperate: sicut galline, pdices ⁊ alie hmōi. Alia rō fuit in detestationē idolatrie. nā gētiles ⁊ pcipue egyptij inter quos erāt nutriti, hmōi animalia phibita idolis immolabāt: vel eis ad maleficia vtebantur. Animalia vero q̄ iudeis sunt cōcessa ad esuz nō comedebāt: sed ea tanq; deos colebāt, vel pp aliā causam ab eis abstinebāt: vt.s.dictū est. Tertia ratio est ad tollēdā nimiā diligētiam circa cibaria. ⁊ iō cōcedūtur illa aīalia que de facili ⁊ in promptu haberi pñt. Gñaliter tñ phibitus est eis esus ois sanguinis ⁊ adipis cuiuslibet aialis. sanguinis quidē tum ad vitandā crudelitatē vt detestarētur humanū sanguinē effundere: sicut.s.dictū est. tū ēt ad vitandū idolatrie ritū: q eorū cōsuetudo erat vt circa sanguinem cōgregatū adunarētur ad comedendū in honorē idolorū: quibus reputabāt sanguinē acceptissimū esse. ⁊ iō dñs mādauit ꝙ sanguis effunderet ⁊ ꝙ puluere operiret. Et pp hoc ēt phibitum est eis comedere aīalia suffocata vel strāgulata: q sanguis eorū nō separat a carne. vel q in tali morte aialia multū affligun tur: ⁊ dñs voluit eos a crudelitate phibere etiā circa aialia bruta: vt p hoc magis recederēt a crudelitate hois, habētes exercitum pietatis ēt circa bestias. Adipis ēt esus phibitus est eis. tū q idolatre comedebāt illū in honorē deorū suorū. tū ēt q cremabatur in honorē dei. tū etiā q sanguis ⁊ adeps nō gñant bonum nutrimētum: qđ pro causa inducit rabbi moyses. Causa aūt phibitionis eius neruorū exprimit gen.32. vbi đr, ꝙ nō comedūt filij israel neruū: eo ꝙ tetigerit neruum femoris iacob ⁊ obstupuerit. ¶ Figuralis aūt ratio horū est: q p oia hmōi aialia phibita designantur aliqua peccata: in quorū figurā illa animalia prohibebantur. vnde dicit aug. in li. cōtra faustū, Si de porco ⁊ agno requiratur, vtrūq; natura mundū est: q ois creatura dei bona est. quadam vero significatione agnus mūdus, porcus immundus est. tanq; si stultū ⁊ sapientē diceres: vtrūq; hoc verbū natura vocis ⁊ literarū ⁊ syllabarū ex quibꝰ cōstat mundū est: significatione aūt vnū est mundū ⁊ aliud immundū. Animal em̄ qđ ruminat ⁊ vngulā findit mundū est significatione: q fissio vngule significat distinctionē duorū testamentorum, vel patris ⁊ filij, vel duarum naturarū in xp̄o, vel discretionē boni ⁊ mali. Ruminatio aūt significat meditationē scripturarū ⁊ sanū intellectū earum. Cuicunq; aūt horū alterū deest spūaliter immūdus est. Similr etiam in piscibꝰ illi qui habēt squammas ⁊ pennulas significatione mūdi sunt: q per pennulas significat vita sublimis, vel cōtemplatio: per squāmas aūt significat aspera vita: quorū vtrūq; necessarium est ad mūditiam spiritualē. In auibꝰ aūt specialia quedam genera prohibent. In aquila em̄ que alte volitat phibetur superbia. In gryphe aūt qui equis ⁊ hominibꝰ infestꝰ est, crudelitas potentū phibetur. In alyeto aūt qui pascit minutis auibus, significantur illi qui sunt pauperibꝰ molesti. In miluo autem qui maxime insidijs vtitur, designant fraudulēti. In vulture aūt qui sequitur exercitū expectās comedere cadauera mortuorum: significantur illi qui mortes ⁊ seditiones hominum affectant vt inde lucrentur. Per animalia corui generis significantur illi qui sunt voluptatibꝰ denigrati, vel qui sunt expertes bone affectionis: q coruus semel emissus ab arca nō est reuersus. Per struthionem qui cū sit auis volare nō potest, sed semper est circa terram: significantur deo militantes ⁊ se negotijs secularibus implicantes. Nycticorax que in nocte acuti est visus, in die autem non videt: significat eos qui in temporalibus sunt astuti, in spiritualibus hebetes. Larus autem qui ⁊ volat in aere ⁊ natat in aqua: significat eos qui ⁊ circumcisionem ⁊ baptismum venerantur. vel significat eos qui per contemplationem volare volunt ⁊ tamē viuunt in aquis voluptatum. Accipiter vero qui deseruit hominibꝰ ad predam, significat eos qui ministrant potentibus ad depredandum pauperes. Per bubonē qui in nocte victum querit, de die autē latet: significantur luxuriosi qui occultari querunt in nocturnis operibus que agūt. Mergulus autem cuius natura est vt sub vndis diutius immoret: significat gulosos qui in aquis delitiarum se immergunt. Ibis vero auis est in aphrica habens longum rostrum que serpentibus pascitur, ⁊ forte est idē qđ ciconia: et significat inuidos: qui de malis aliorū quasi de serpentibus reficiunt. Cignus aūt est coloris candidi ⁊ longum colluz hz q ex pfunditate terre vel aque cibum trahit, ⁊ potest significare hoīes q p exteriorē iustitie cādorem lucra terrena querunt. Onocrotalus āt auis ē in partibus orīētis longo rostro: q in faucibꝰ habet quosdam folliculos in qbus primo cibū reponit. ⁊ post horā in vētrem mittit. ⁊ sigt auaros qui immoderata solicitudie necessaria vite cōgregant. Porphyrio āt pter modū aliarū auiū hz vnū pedem latum ad natandū, aliū fissum ad ambulandum: q ⁊ in aqua natat vt anates, ⁊ in terra ambulat vt pdices: solo morsu bibit, oēm cibū aqua tingens. ⁊ significat eos q nihil ad alterꝰ arbitriū facere volunt: sz solum quod fuerit tinctum aqua proprie volūtatis. Per herodionē qui vulgariter falco dicitur, sigant illi quorum pedes sunt veloces ad effundendum sanguinem. Caladrion aūt q est auis garrula, sigt loqces. Upupa āt q nidificat i stercoribꝰ, ⁊ fetēti pascit fimo, ⁊ gemitum in cantu simulat, sigt tristitiā seculi q in hominibus inmundis mortem opat. Per vespertilionē aūt q circa terrā volitat: signtur illi q seculari scia pditi sola terrena sapiunt. Circa volatilia aūt ⁊ quadrupedia illa sola concedunt eis q posteriora crura habent longiora, vt salire possint. alia vero q terre magis adherent prohibent: q illi qui abutunt doctrina quatuor euāgelistarū, vt p eā in altū nō subleuent, imūdi reputant. In sanguine vero ⁊ adipe ⁊ neruo itelligitur prohiberi crudelitas ⁊ voluptas ⁊ fortitudo ad peccādū. ¶ Ad scđm dicendum, ꝙ esus plātarū ⁊ aliorum terrenascentium fuit apud homines ēt ante diluuiū: sz esus carniū videtur eē post diluuiū itroductꝰ. Dr̄ enim gen.8. Quasi olera virentia dedi vobis oēm carnē. ⁊ hoc iō q esus terrenascentiū magis pertinet ad quādā simplicitatē vite, esus āt carniū ad q̄sdā delitias ⁊ curiositatē viuendi. spōte.n. terra herbā germinat, vl' cū modico studio hmōi terrenascentia i magna copia pcurant: opz āt cū magno studio aialia nutrire, vl' ēt capere. ⁊ iō volēs dñs ppl'z suū reducere ad simpliciorē victū multa in genere aialiū eis phibuit, nō āt in gñe terrenascētiū. Uel ēt q aialia imolabāt idolis, nō āt terrenascentia. ¶ Ad 3m pz rñsio ex dictis. ¶ Ad 4m dicendum, ꝙ etsi hedus occisus nō sentiat q̄lr carnes eiꝰ coqnt: tñ in aio decoquētis ad quādā crudelitatē ptinere vr̄, si lac matris qđ datū ē ei p nutrimēto adhibeat ad cōsūptiōez carniū ipsiꝰ. Uel pōt dici, ꝙ gētiles in solēnitatibꝰ idolorū talir carnes hedi decoquebāt ad imolādū vel ad comedēdū. ⁊ iō exo.23. postq; pdictū fuerat de solēnitatibꝰ celebrandis in lege, subdit. Nō coques hedū in lacte mr̄is sue. ¶ Figuralis āt rō huiꝰ phibitiōis est: q prefigurabat ꝙ chr̄s q est hedus pp silitudinē carnis pcti, nō erat a iudeis coqndus.i. occidendus: in lacte mr̄is.i. i tpe ifantie. vel sigt ꝙ hedus.i. pctor non est coqndus in lacte mr̄is.i. nō est blanditijs deliniēdus. ¶ Ad quītū dicendum, ꝙ gentiles fructꝰ pmitiuos q̄s fortunatos estimabāt dijs suis offerebāt, vl' ēt cōburebāt eos ad q̄dā magica faciēda. ⁊ iō pceptū ē eis vt fructꝰ triū pmorū annorū imundos reputarēt. In tribꝰ.n. ānis fere oēs arbores terre illius fructū pducūt: q.s. vel seminādo, vel iserēdo, vel plantādo colunt. Raro āt cōtigit ꝙ ossa fructuū arboris vel semina latētia seminent: hec.n. tardiꝰ facerent fructuz. sz lex respexit ad id quod frequentiꝰ fit. Poma āt q̄rti āni tanq; pmitie mūdoruz fructuuz deo offerebāt. Quīto aūt āno ⁊ deinceps comedebāt. ¶ Figuralis aūt rō est: q p hoc pfigurat, ꝙ post tres statꝰ legis (quor vnꝰ est ab abraā, vsq; ad dauid: scđs, vsq; ad trāsmigrationē babilonis: tertiꝰ vsq; ad xp̄m) erat xp̄s deo offerēdꝰ, q est fructꝰ legis. vel q primordia nr̄or operū debēt eē nobis suspecta, pp iperfectionē. ¶ Ad sextuz dicendum, ꝙ sicut đr eccl'.19. amictꝰ corporis enūtiat de hoīe. Et ideo voluit dñs, vt ppl's eiꝰ distingueret ab alijs pplis: non solū signo circūcisionis, qđ erat in carne: sed etiā certa habitus distictione. Et ideo phibitū fuit eis, ne induerent vestimēto ex lana ⁊ lino cōtexto: et ne mulier indueret veste virili, aut econuerso, pp duo. Primo q̄dem ad vitādū idolatrie cultū. Hmōi em̄ varijs vestibꝰ ex diuersis cōtextis gentiles in cultu suor deorū vtebātur. et etiā in cultu martis, mulieres vtebant armis virorū: in cultu aūt veneris, econuerso, viri vtebant vestibus mulierum. Alia ratio est, ad declinādam luxuriam: nā per cōmixtiones varias in vestimētis, omnis ordinata cōmixtio coitus excluditur. Quod autē mulier induatur veste virili, aut ecōuerso, incentiuū est concupiscētie, ⁊ occasionē libidini prestant. ¶ Figuralis autē ratio est: quia in vestimento cōtexto ex lana ⁊ lino interdicitur cōiunctio simplicitatis ⁊ innocentie q̄ figuratur per lanā, ⁊ subtilitatis malitie que figuratur per linum. phibetur etiā ꝙ mulier nō vsurpet sibi doctrinā vel alia virorū officia, vel ne vir declinet ad mollities mulierum. ¶ Ad septimū dicendū, ꝙ sicut hieronymꝰ dicit super matth. dñs iussit vt in quatuor āgulis palliorū hyacinthinas fimbrias facerent, ad populū israel dignoscēdum ab alijs populis: vñ per hoc se esse iudeos profitebantur. ⁊ ideo per aspectū huius signi inducebantur in memoriā sue legis. Qđ aūt dicitur, Ligabis ea in manu tua ⁊ erūt semper ante oculos tuos: pharisei male interpretabātur scribētes in mēbranis decalogū moysi, ⁊ ligabant in fronte quasi coronā vt ante oculos moueretur: cū tñ intentio dñi mandantis fuerit, vt signarentur in manu.i. in operatione, ⁊ essent ante oculos.i. in meditatione. In hyacinthinis autē vittis que pallijs inserebantur, significatur celestis intētio, q oibus operibꝰ nostris dz adiūgi. Pōt tñ dici ꝙ q populus ille carnalis erat ⁊ dure ceruicis: oportuit etiam per hmōi sensibilia eos ad legis obseruantiā excitari. ¶ Ad octauū dicēdū, ꝙ affectus hois est duplex. Unus q̄dē fm rationē: alius vero fm passionē. Scđm igitur affectū rationis nō refert qd homo circa bruta aialia agat: q oīa sunt subiecta eius potestati a deo: fm illud psal. Oia subiecisti sub pedibus eius. ⁊ fm hoc apostolus dicit ꝙ non est cura deo de bobus: q deus nō reqrit ab hoie qd circa boues agat vel circa alia aialia. Quātū vero ad affectū passionis mouetur affectus hois etiā circa alia aialia: q.n. passio misericordie cōsurgit ex afflictionibus aliorū, cōtingit aūt etiā bruta animalia penas sentire, pōt in hoie cōsurgere misericordie affectus etiā circa afflictiones aialium. Proximū aūt est vt q̄ exercetur in affectu misericordie circa aialia, magis ex hoc disponatur ad affectū misericordie circa homines. vnde dicit puer.12. Nouit iustus aīas iumentorum suorum: viscera autem impiorū crudelia. Et ideo vt dñs populū iudaicum ad crudelitatem pnum ad misericordiam reuocaret, voluit eos exercere ad misericordiam etiam circa bruta animalia: prohibens quedā circa animalia fieri q̄ ad crudelitatem quandā pertinere vident: ⁊ ideo prohibuit ne coqueretur hedus in lacte matris: ⁊ ꝙ non alligaret os boui trituranti: ⁊ qđ non occideretur mater cum filijs. Quāuis etiā dici possit ꝙ hec prohibita sunt eis in detestationem idolatrie: nam egyptij nefarium reputabant vt boues triturantes de frugibus comederēt. aliqui etiam malefici vtebant matre auis incubante ⁊ pullis eiꝰ simul captis ad fecunditatem ⁊ fortunam circa nutritionē filiorum: ⁊ quia etiam in augurijs reputabatur hoc esse fortunatum ꝙ inueniretur mater incubans filijs. Circa commixtionem vero animalium diuerse speciei: ratio literalis potuit esse triplex. Una quidem ad detestationem idolatrie egyptiorū qui diuersis commixtionibus vtebantur in seruitium planetarū: qui scđm diuersas coniunctiones habent diuersos effectꝰ: ⁊ super diuersas species rerum. Alia ratio est ad excludendum cōcubitus contra naturam. Tertia rō est ad tollendā vniuersaliter occasionē concupiscentie. Animalia enim diuersarū specierū non cōmiscentur de facili adinuicem nisi hoc per hoies pcuretur: ⁊ in aspectu coitꝰ animalium excitatur homini concupiscentie motus: vnde et in traditionibus iudeorū preceptum inuenitur (vt rabbi moyses dicit) vt homines auertant oculos ab animalibus coeuntibus. ¶ Figuralis aūt horū rō est: quia boui triturāti.i. predicatori deferenti segetes doctrine non sunt necessaria victus subtrahēda: vt apostolus dicit.1.ad cor.9. Matrē etiā non simul debemus tenere cum filijs: quia in quibusdam retinendi sunt spūales sensus quasi filij: ⁊ dimittēda est literalis obseruātia quasi mater: sicut in omnibus cerimonijs legis. Prohibet etiā ꝙ iumēta.i. populares homines non faciamus coire.i. coniunctionem hr̄e cū alterius generis animantibus.i. cum gentibꝰ vel iudeis. ¶ Ad nonum dicendum, ꝙ omnes ille commixtiones in agricultura sunt prohibite ad literam in detestationem idolatrie: q egyptij in venerationem stellaruz diuersas cōmixtiones faciebāt ⁊ in seminibus ⁊ in animalibus ⁊ in vestibꝰ repñtantes diuersas cōiunctiones stellarū. Uel omnes hmōi cōmixtiones varie phibentur ad detestationem coitus contra naturā. ¶ Hñt tñ figuralem rōnez: quia qđ đr, Non seres vineā tuā altero semine: est spūaliter intelligendū ꝙ in ecclesia que est spiritualis vinea non est seminanda aliena doctrina: ⁊ similiter ager.i. ecclesia nō est seminandus diuerso semine.i. catholica doctrina ⁊ heretica. Non est etiā simul arandum in boue ⁊ asino: q fatuus sapienti in pdicatione nō est sociandus: q vnus impedit aliū. ¶ Ad decimū dicendum, ꝙ malefici ⁊ sacerdotes idolorū vtebant in suis ritibꝰ ossibus vel carnibus hominū mortuorū: ⁊ ideo ad extirpandū idolatrie cultū precepit dñs vt sacerdotes minores q̄ per tpa certa ministrabāt i sanctuario: nō inqnarent in mortibꝰ nisi valde ppinquorū.s. pr̄is ⁊ matris: ⁊ hmōi cōiunctarū personarū. Pontifex autem semper debebat esse paratus ad ministerium sanctuarij: ⁊ ideo totaliter prohibitus erat ei accessus ad mortuos quātuncunq; propinquos. Preceptum etiam est eis ne ducerent vxorem meretricem ac re-

Universidad de Deusto Biblioteca

¶Sup.q.103.arti.1.
In articulo p°.q.103. nota duo. Primum in rñsione ad tertiū/ ꝙ sacerdotiū ante legem nō diuina ẜ humana determinatiōe dignitas erat primo geniti: vt hinc hēas ꝙ sacꝝ fuerit. Scdʒ i rñsione ad quartū/ ꝙ author nō dicit ꝙ nihil fuerit ante legē imūdū indicatum a deo quātū ad esum: sed dicit ꝙ nō fuit distinctio animalium i mundorū a mundis tunc a deo. hoc.n. ē verum. Primū autē falsū: qꝛ ad noe dcm̄ ē geñ.9. quasi olera virētia tradidi vobꝫ oīa/excepto ꝙ carnē cum sanguine nō comedetis: ꝛ cepit hec obseruātia ante legē sicut circuncisio.

¶Super Arti.2.
In artio 2° eiusdem.q. difficultas de ɔtinētia gratie in sacramētis noue legis relinquet discutienda iferiꝰ in 3ª parte: vbi d̄ sacramētis tractabitur ꝛ de circuncisione,

hebr.7. co.2.fi.

pudiciam.sed virginem.tum propter reuerētiam sacerdotū:quorum dignitas quodāmodo ex tali coniugio diminui videretur. tum etiam propter filios quibus esset ad ignominiam turpitudo matris: quod maxime tunc erat vitandum quando sacerdotij dignitas secundū successionē generis conferebatur. Preceptum etiam erat eis vt non raderent caput nec barbam nec in carnibus suis facerent incisuram, ad remouendum idolatrie ritum. Nam sacerdotes gentilium radebant caput ꝛ barbam. vnde dicitur Baruc sexto, Sacerdotes sedent habentes tunicas scissas ꝛ capita ꝛ barbam rasam. ꝛ etiam in cultu idolorum incidebant se cultris lanceolis vt dicitur. tertio. regum decimooctauo. vnde contraria precepta sunt sacerdotibus veteris legis. ¶Spiritualis autem ratio horum est: quia sacerdotes omnino debent esse immunes ab operibus mortuis que sunt opera peccati: ꝛ etiam non debent radere caput. idest deponere sapientiam neque deponere barbā idest sapientie perfectionem: neque ēt scindere vestimenta aut incidere carnes, vt scilicet vitium scismatis non incurrāt.

¶De duratiōe p̄ceptorū cerimonialiū.q.103.

DEinde Cōsiderādū est de duratione cerimonialium preceptorū. ¶Et circa hoc q̄runtur q̄tuor. Primo vtrū precepta cerimonialia fuerit añ legē. 2° vtrū in lege aliquā virtutem habuerint iustificādi. tertio vtrum cessauerint christo veniente. Quarto vtrum sit pcm̄ mortale obseruare ea post christum.

¶Utrū cerimōie legis fuerint añ legē, ar.1.

AD primū Sic p̄ceditur. Uidetꝙ cerimonie legis fuerint ante legē. Sacrificia eñ ꝛ holocausta pertinent ad cerimonias veteris legis: vt supra dictū est: sed sacrificia ꝛ holocausta fuerūt ante legeʒ. Dicitur eñ geñ.4. ꝙ cayn obtulit de fructibus terre munera dño: abel autem obtulit de primogenitis gregis sui, ꝛ de adipibus eorum. Noe etiam obtulit holocausta domino: vt dicit geñ.8. ꝛ abraam similiter vt dicitur geñ.22. ergo cerimonie veteris legis fuerunt ante legem.
¶Preterea. Ad cerimonias sacrorū pertinet cōstructio altaris ꝛ eius inunctio. sed ista fuerūt ante legē: legitur enim gene.13. ꝙ abraam edificauit altare dño. ꝛ de Jacob dicitur geñ.28. ꝙ tulit lapidem ꝛ erexit in titulū fundens oleum desuper. ergo cerimonie legales fuerūt ante legē. ¶Preterea. Inter sacramēta legalia primū dicitur fuisse circūcisio: sed circūcisio fuit ante legē: vt pʒ geñ.17. silr ēt sacerdotiū fuit añ legē. Dr̄ geñ.14. ꝙ melchisedech erat sacerdos dei summi. ergo cerimōie sacrametorū fuerunt añ legē. ¶P̄. Discretio mūdorū aīaliū ab imūdis ptiet ad cerimōias obſuātiarū: vt.s. dcm̄ ē. Sʒ tal' distō fuit añ legē: dr.n. geñ.7. Ex oīb⁹ mūdis aīalib⁹ tolle septena ꝛ septena. de aīātib⁹ vero imūdis duo ꝛ duo. ḡ cerimonie legales fuerūt ante legem.

Sed ɔtra Est, ꝙ dr deut.6. Hec sunt p̄cepta ꝛ cerimōie q̄ mādauit dñs de⁹ nr̄ vt docerē vos: nō āt indiguissent sup his doceri, si pri⁹ predicte cerimonie fuissent. ḡ cerimonie legis non fuerunt ante legem.

Rñdeo Dōm, ꝙ sicut ex dictis pʒ, cerimōie legis ad duo ordinabant. s. ad cultū dei, ꝛ ad figurādū chr̄ʒ. Quicunqʒ āt colit deū, oʒ ꝙ p aliq̄ determinata eū colat q̄ ad exteriorem cultum ptinēt. Determinatio aūt diuini cult⁹ ptinet ad cerimonias: sic ēt determinatio eorum per q̄ ordinamur ad proximū pertinet ad precepta iudicialia: vt supra dictum est. ꝛ id̄o sicut inter homines cōiter erant aliqua iudicialia, non tñ ex authoritate legis diuine istituta, ẜ rōne hominū ordinata: ita ēt erāt quedam cerimonie non quidem ex authoritate alicuius legis determinate, ẜ solū scdʒ volūtatē ꝛ deuotionē hoiūʒ deū colētiū. Sʒ quia etiam añ legē fuerūt q̄dā viri p̄cipui pphetico spū pollētes, credēdū ē ꝙ ex istictu diuino q̄si ex q̄dā p̄uata lege iducerēt ad aliquē certū modū colēdi deū, q̄ ꝛ cōueniēs eēt iteriori cultui, ꝛ etiam congrueret ad significādum christi mysteria que figurabantur etiam p alia eorū gesta: scdm̄ illud.1.ad cor.x. Oia in figurā contingebant illis. Fuerūt igitur ante legem quedā cerimonie, non tamen cerimōie legis q: nō erāt p aliquā legislationeʒ institute.

Ad primū Ergo dōm, ꝙ hmōi oblationes ꝛ sacrificia ꝛ holocausta offerebāt antiqui añ legē ex q̄dā deuotiōe ppe volūtatis: s̄m ꝙ eis videbat cōueniēs. vt in rebus q̄s a deo acceperāt q̄s i reuerētiā diuā offerrent. ptestarēt se colere deū q̄ ē oiūʒ p̄n^m ꝛ finis. ¶Ad 2^m dōm, ꝙ ēt sacra quedam istituerūt: q: videbat eis cōueniēs vt in reuerentiā diuinā eēnt aliq̄ loca ab alijs distincta diuino cultui mancipata. ¶Ad 3^m dōʒ. ꝙ sacr̄m circūcisionis precepto dīno fuit statutū añ legē. vñ nō p̄t dici sacrum leg' q̄si i lege istitutū: ẜ solū q̄si i lege obseruatū. ꝛ h̄ ē qd̄ dñs dic Jo.7. Circūcisio ñ ex moyse ē, ẜ ex prīb⁹. Sacerdotiū ēt erat añ legē apd̄ colētes deū s̄ʒ hūanā d̄terminatione: q̄ hāc dignitatē p̄°genitis attribuebāt. ¶Ad 4^m dōm, ꝙ distō mūdorū aīaliū ꝛ imundorū nō fuit añ legē quātū ad esum: cū dcm̄ sit geñ.9. Oē qd̄ mouet ꝛ viuit, erit vobis i cibū. ẜ solum q̄tū ad sacrificiorū oblationē: q: de q̄busdā d̄terminatʒ aīalibus sacrificia offerebāt. Si tñ quātū ad esū erat aliq̄ aīaliū discretio, h̄ nō erat q: esus illorū reputaretur illicitus, cum nulla lege esset phibitus: ẜ pp abominatiōnē vel cōsuetudinē: sic ꝛ nūc videm⁹ ꝙ aliq̄ cibaria sūt i aliqb⁹ terris abomiabilia q̄ i alijs comedūt.

¶Utrum cerimonie veteris legis haberent virtutem iustificandi tempore legis. Articulus secundus.

AD scdm̄ Sic pcedit. Uī ꝙ cerimonie veteris legis hēbant virtutē iustificādi tēpore legis. Expiatio.n.a pctō ꝛ cōsecratio hominis ad iustificationem ptinēt. ẜ exo.29. dicitur, quod p aspsionē sanguinis ꝛ iunctionem olei consecrabantur sacerdotes ꝛ vestes eorum: ꝛ leuit.16. dicitur, quod sacerdos p aspsionē sanguinis vituli expiabat sāctuariū ab immunditijs filiorū israel, ꝛ a preuaricationibus eorum atque peccatis. ergo cerimōie veteris legis hēbāt ꝟtutē iustificādi. ¶P̄. Id p qd̄ hō plʒ deo, ad iustitiā ptinet: ẜ illud psal. Iust⁹ dñs ꝛ iustitias dilexit. ẜ p cerimonias aliq̄ deo placebant: s̄m illd̄ leuit.x. Quō potui placere dño in cerimonijs mente lugubri. ergo cerimonie veteris legis habebāt virtutem iustificandi. ¶Preterea. Ea que sūt diui cultus magis ptinēt ad animaʒ quā ad corpus: secundum illud psal'. Lex domini immaculata conuertens animas. sed per cerimonias veteris legis mundabatur leprosus: vt dicitur leuit.14. Ergo multo magis cerimonie veteris legis poterant mundare animam iustificando.

s.q.98.ā 1.ꝛ.q.100 ar.12. Et.3.dist. 40.ar.5.

Sed ɔtra Est, ꝙ apl's dicit gal'.2. Si data eēt lex q̄ posset iustificare, chr̄s gratʒ mortu⁹ eēt idest sine cā: ẜ h̄ ɔst incōueniēs. ḡ cerimōie veteris legis nō iustificabāt.

Rñdeo Dōm. ꝙ sicut supra dcm̄ ē, in veteri lege duplex imunditia obſuabat. Una q̄dē spūalis que est imunditia culpe. alia vero corpalis que tollebat idoneitatem ad cultum diuinum: sicut leprosus dicebatur immund⁹ vel ille qui tangebat aliqd̄ morticiniū. ꝛ sic imūditia nihil aliud erat quam irregularitas quedam. Ab hac igitur immunditia cerimonie veteris legis habebant virtutem emūdandi: q: huiusmodi cerimonie erant quedam remedia adhibita ex ordinatione legis ad tollendas predictas immunditias ex statuto legis inductas. ꝛ ideo apostolus dicit ad heb.9. ꝙ sanguis hyrcorū ꝛ taurorum ꝛ cinis vitule aspersus iquinatos sanctificat ad emūdatiōeʒ carnis. Et sicut ista imūditia q̄ p hmōi cerimōias emūdabat erat magis carnis quam mētis, ēt ipse cerimonie iustitie carnis dicuntur ab ipso apostolo parum supra. Iustitijs inquit carnis vsque ad tempus correctionis ipositis. Ab immunditia ꝟo mētis q̄ est immūditia culpe ñ hēbāt ꝟtutē expiādi. ꝛ h̄ id̄o: q: expiatio a pctis nūq̄ fieri potuit nisi p chr̄ʒ qui tollit pcā mūdi: vt dr ioā.1. Et q: mysteriū icarnatiōis ꝛ passiōis chr̄i nōdū erat real'r pactū veteris legis: cerimōie nō poterāt in se cōtinere real'r ꝟtutē pfluētē a chr̄o icarnato ꝛ passo, sic ɔtinēt sacr̄a noue leg'. ꝛ id̄o nō poterāt a pctō mūdare: sic apl's dic ad heb.x. ꝙ ipōſe est sāguie tauroꝝ aut hyrcorū auferri pctā. ꝛ h̄ est qd̄ gal'.4. Apl's vocat ea egena ꝛ ifirma elm̄ta. ifirma q̄dē q: nō pñt a pctō mūdare: ẜ hec ifirmitas pueīt ex eo ꝙ sūt egena. i. eo ꝙ nō cōtinēt in se grāʒ. Poterat āt mēs fideliū tpe legis p fidem cōiungi chr̄o incarnato ꝛ passo: ꝛ ita ex fide chr̄i iustificabāt cui⁹ fidei q̄dā ptestatio erat hmōi cerimōiarū obseruatio inquātū erant figura chr̄i. ꝛ id̄ p peccatis offerebātur sacrificia quedā in veteri lege: non q: ipsa sacrificia a pctō emundarent: ẜ q: erāt q̄dam ptestationes fidei que a pctō mun-

dabāt: ꝛ h̄ ēt ipsa lex innuit ex mō loquēdi. Dr̄.n. leui.4. ꝛ.5. ꝙ in oblatione hostiaruʒ pro peccato orabit pro eo sacerdos ꝛ dimittetur ei quasi peccatum dimittat non lex vi sacrificiorum, sed ex fide ꝛ deuotiōe offerētiū. ¶Sciendū est tñ ꝙ hoc ipsum ꝙ veteris legis cerimonie a corporalib⁹ imūditijs expiabāt, erat in figura expiationis a peccatis q̄ fit p xp̄m. Sic igitur patet quod cerimonie i statu veteris legis nō habebāt virtutē iustificandi.

Ad primū Ergo dōm, ꝙ illa sanctificatio sacerdotū, ꝛ filiorū ei⁹ ꝛ vestiū ipsorū vel q̄rūcūqʒ aliorū per aspsionē sanguinis nihil aliud erat q̄ʒ deputatio ad diuinū cultū, ꝛ remotio ipedimentorū ad emūdationē carnis: ꝛ apl's dicit i pfigurationē illi⁹ sctificatiōis q̄ iesus p suū sāguinē sctificauit populū. Expiatio ēt ad remotionē hmōi corpaliū immunditiarum referēda est, nō ad remotionē culpe. vñ ēt sanctuarium expiari dr: ꝙ culpe subiectū eē nō poterat. ¶Ad scdm̄ dōʒ. ꝙ sacerdotes placebāt deo in cerimonijs pp obediētiā ꝛ deuotionē ꝛ fidē rei prefigurate, nō aūt pp ipsas res scdm̄ se cōsideratas. ¶Ad tertiū dōm, ꝙ cerimonie ille que erāt istitute in emūdatione leprosi, nō ordinabantur ad tollēdā immunditiā infirmitatis lepre: qd̄ pʒ ex hoc ꝙ non adhibebant huiusmodi cerimonie nisi iam emūdato. vñ dr leui.14. ꝙ sacerdos egressus de castris cum inuenerit leprā eē mūdatā pcipiet ei q̄ purificat vt offerat ꝛc. Ex q̄ pʒ ꝙ sacerdos cōstituebat iudex lepre mūdate: nō āt emundande. Adhibebant āt hmōi cerimonie ad tollēdā imūditiā irregularitatis. Dicūt tñ ꝙ q̄nqʒ si cōtingeret sacerdotē errare in iudicando, miraculose leprosus mundabatur a deo virtute diuina: nō āt virtute sacrificiorū: sic ēt miraculose mulieris adultere cōputrescebat femur bibitis aq̄s in q̄bus sacerdos maledicta congesserat: vt habetur numeri.5.

¶Utrū cerimonie veteris legis cessauerit i aduētu chr̄i. Art.3.

1ᵉ.q̄ō.86.ā.4 ad.1. Et.2.di.44.q.2.ar.2.ad 3m. 4.di.1.q.2.ar.1.q̄ō.1.ꝛ.dist.2.q.1.ā.4. 3.cor. Et gl.2. ar.8.co. Et rom.14.co.1. 2.

AD tertiū Sic pcedit. Uī ꝙ cerimonie veteris legis nō cessauerit in chr̄i aduentu. Dr̄.n. baruch.5. Hic ē liber mādatorū dei, ꝛ lex q̄ est in eternum: ẜ ad legē ptinebāt legis cerimonie. ḡ legis cerimonie in eternū durature erant. ¶Preterea. Oblatio mundati leprosi ad legis cerimonias pertinebat: ẜ ēt in euangelio precipitur leproso emundato vt hmōi oblationes offerat. ḡ cerimōie veteris legis non cessauerūt chr̄o veniente. ¶P̄. Manēte cā manet effect⁹: ẜ cerimōie veteris legis habebāt quasdā rōnabiles cās inq̄tū ordinabantur ad diuinū cultū ēt p̄ter h̄ ꝙ ordinabant i figurā chr̄i. ḡ cerimōie veteris legis cessare ñ debuerūt. ¶P̄. Circūcisio erat istituta i signū fidei abrae, obseruatio āt sabbati ad recolēdū bñficiū creatiōis, ꝛ alie solēnitates legis ad recolēdū alia bñficia dei: vt.s. dcm̄ est. sed fides abrae est semper imitanda ēt a nobis, ꝛ bñficiū creationis ꝛ alia dei bñficia semp sunt recolenda. ḡ ad min⁹ circūcisio ꝛ solennitates legis cessare non debuerunt.

Sed cōtra Est, ꝙ apl's dic ad col'.2. Nemo vos iudicet in cibo, aut i potu, aut in pte diei festi, aut neomenie aut sabbatoꝝ. q̄ sūt vmbra futuroꝝ. ꝛ ad heb.8. dr, ꝙ dicendo nouum testm̄ veterauit prius: qd̄ aūt antiquatur ꝛ senescit prope interitum est.

Rñdeo Dōm, ꝙ oia precepta cerimonialia veteris legis ad cultū dei sūt ordinata: vt.s. dcm̄ ē. exterior aūt cult⁹ pportionari dʒ iteriori cultui q̄ cōsistit i fide, spe, ꝛ charitate: vñ scdm̄ diuersitatē interioris cultus debuit diuersificari exterior cultus. Potest aūt tripliciter stat⁹ distigui interioris cultus. Unus quidē scdʒ quē habet fides ꝛ spes, ꝛ de bonis celestibus, ꝛ de his p q̄ in celestia itroducimur: de vtrisqʒ quidem sic de quibusdā futuris. ꝛ talis fuit status fidei ꝛ spei in veteri lege. Alius autē est status interioris cultus in q̄ habetur fides ꝛ spes de celestibus bonis sic de quibusdam futuris: ẜ de his per q̄ itroducimur in celestia sic de pñtibus: vel p̄teritis. ꝛ iste est status noue legis. Terti⁹ āt status est in quo vtraqʒ hñtur vt pñtia, ꝛ nihil creditur vt absens, neqʒ sperat vt futurū. ꝛ iste ē status beatorū. In illo ergo statu beatorū nihil erit figurale ad diuinū cultū ptinēs: ẜ solū gratiarū actio ꝛ vox laudis. ꝛ id̄o dr apoc.21. De ciuitate beatoꝝ, Tēplū nō vidi in ea. dñs.n. de⁹ oipotēs tēplū illi⁹ est ꝛ agn⁹. Pari igit rōne cerimonie p̄mi status per q̄s figurabat ꝛ secundus ꝛ terti⁹, veniente scdo statu cessare debuerunt, ꝛ alie cerimonie induci, que cōuenirent statui cultus diuini p tempore illo in quo bona celestia sunt futura, beneficia autem dei per que ad celestia introducimur sunt presentia.

Ad p̄mū Ergo dōm, ꝙ lex vetus dr esse in eternū, s̄ʒ moralia q̄dem simpl'r ꝛ absolute: s̄m cerimonialia vero quantum ad veritatem per ea figuratam. ¶Ad s̄m dicēdū, ꝙ mysteriū redemptionis humani generis cōpletū fuit in passione christi. vnde tūc dñs dixit, cōsummatū est: vt habetur ioan.19. ꝛ ideo tūc totaliter debuerunt cessare legalia, quasi iam veritate eorum cōsummata. in cuius signū in passione christi velum templi legitur esse scissum math.27. ꝛ ideo ante passionem christi christo predicante, ꝛ miracula faciēte currebāt simul lex ꝛ euāgeliū: quia iam mysteriū christi erat inchoatū, sed nōdū consummatū. et ppter hoc mandauit christus dñs ante passionem leproso, vt legales cerimonias obseruaret. ¶Ad tertium dicēdū, ꝙ rationes litterales cerimoniarū supra assignate referunt ad diuinum cultum: q̄ q̄dem cultus erat in fide venturi. ꝛ ideo iam veniente eo qui venturus erat, ꝛ cultus ille cessat, ꝛ omnes rationes ad hunc cultum ordinate.
¶Ad quartum dicēdum, quod fides abrae fuit commendata in hoc, quod credidit diuine promissioni de futuro semine, in quo benedicerentur omnes gentes. et ideo quādiu hoc erat futurum, oportebat protestari fidem abrae in circuncisione: sed postquā iam hoc est perfectum, oportet idem alio signo declarari scilicet baptismo: qui in hoc circuncisioni succedit: secundum illud apostoli ad col.2. Circuncisi estis circuncisione non manufacta in expoliatione corporis carnis: sed in circuncisione domini nostri Jesu Christi consepulti ei in baptismo. Sabbatum autē quod significabat primam creationem mutatur in diem dominicum: in quo commemoratur noua creatura inchoata in resurrectione Christi: ꝛ similiter alijs solennitatibus veteris legis noue solennitates succedunt: quia beneficia illi populo exhibita significant beneficia nobis concessa per Christum. Unde festo phase succedit festū passionis Christi et resurrectiōis. Festo penthecostes in quo fuit data lex vetus succedit festum penthecostes in quo fuit data lex spiritus vite. Festo neomenie succedit festum beate Uirginis: in qua primo apparuit illuminatio solis id est Christi per copiam gratie. Festo tubarum succedunt festa apostolorum. Festo expiatiōis succedūt festa martyrum ꝛ confessorum. Festo tabernaculorū succedit festum consecrationis ecclesie. Festo cetus atqʒ collecte succedit festum angelorum: vel etiam festum omnium sanctorū.

¶Utrum post passionem Christi legalia possint seruari sine peccato mortali. Ar.4.

AD quartum Sic proceditur. Uidetur quod post passionem Christi legalia possint sine peccato mortali obseruari. Non est enim credendum, quod apostoli post acceptum spiritum sanctum mortaliter peccauerint: eius enim plenitudine sunt induti virtute ex alto: vt dicitur luce vltimo. Sed apostoli post aduentum spiritussancti legalia obseruauerunt. Dicitur enim actuum.16. quod paulus circuncidit thimoteum: ꝛ actuum.21. dicitur, ꝙ paulus secundum consilium Jacobi assumptis viris purificatus cum eis intrauit in templum annūtians expletionē dierum purificationis donec offeretur pro vnoquoqʒ eorum oblatio. Ergo sine peccato mortali possunt post christi passionem legalia obseruari.
¶Preterea. Uitare cōsortia gētiliū ad ceri-

¶Super Articu.4.
In articulo q̄rto eiusdem.103.q. obmisso 3° articulo dubiū occurrit circa rōnē assignatā in litera: q̄re legalia post passionē christi cessauerūt sic qd̄ absqʒ mortali pcō s̄uari nō pñt. Uī āt qd̄ aug. ꝛ author i ea decepti sunt. nā aut efficaciter concludit aut nō si efficax est ḡ duo tm̄ tpa distinguenda sunt cū hiero. s. ante passionē ꝛ post vt in corpore articuli ꝛ ex hac rōne distinguit. Et tʒ sequela: q: quū idē sit iudiciū s̄ʒ hāc rōnē de verbis ꝛ factis cerimonialib⁹ sicut duo tm̄ tpa distiguunt q̄ ad ꝟba itaq̄ ad fcā cerimōialia ꝛ sicut post passionem christi imediate peccassent mortal'r apl'i dicentes Jesum christū nasciturū/ passurum/ resurrecturū: et ita exercentes facta profitentia ipm̄ nasciturū/ passurū/ resurrecturū peccabāt mortal'r: super h̄ q̄ppe vis rōnis stat ꝙ paria sint mentiri ꝟbo ꝛ facto fiāt qd̄ deduximus nō admittit: q: ɔ dicit trib⁹ tpib⁹ in rñsiōe ad p̄m ab augu. positis seqt ꝙ rō efficax nō sit ad ɔcludendū ꝙ legalia seruari ñ pñt absqʒ pcō mortali: qd̄ tñ in corpore articuli ɔcludit nō magis nāqʒ ē mēdaciū dicere nūc xp̄ʒ nasciturū passurū resurrectuꝝ ascēsuꝝ ꝛ spūſſcti legē daturū q̄ʒ post pentecosten tempore apostolorū. ¶Ad h̄ dr/ꝙ q: ñ solū ex aug. ꝛ authoꝝ ẜ eccl'ie aucte: distōnē triū tēpoꝝ ꝛ rōnē in l'ra allatā ꝛ ɔcl'onē vt in ɔcilio florētino sub euge.4. pʒ hēm⁹ ideo vtrūqʒ saluare opʒ. Dōm est ergo ꝙ rō illa de mendacio ꝟbo vel facto efficax ē: ꝛ ɔcludit ꝙ cerimonialia absolute ꝛ simpl'r nō potuerūt post christum immediate obseruari absqʒ mendacio pnicioso: ꝛ p̄terea hodie seruari non possunt. nec tūc seruari potuerūt absolute: quoniā absolute seruata s̄uant vt viua ꝛ necessaria ad salutē ex lege veteri: qd̄ post chr̄m nunq̄ licuit. Quare āt quodam tpe tātū scilicet vsqʒ ad diuulgationē euangelij licuerit seruare eadem vt mortua/ est q: vsqʒ ad tu

ī.q.104 ar.3.cor. Et 22ᵉ. q.87.ā. 1.cor.p⁹ meʒ.ꝛ.q 93.ar.1. ꝛ.q.94. ar.3.ad 5.ꝛ.4.di sti.1.q.2 ar.3.q.3. ꝛ 4. Et ro.14. co.2. Et galat.2. co.2.ꝛ.3. ꝛ.c.5.co. 1.ꝛ.2. Et col.2.fi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

multū tn̄ mortua ꝑsona vt mortua tn̄ custodit. vn̄ spūsścti autoritate vt in lr̄a dicit q̄si dispēsatiue cōcessum est tp̄s non mētiendi fcō: qr non est cōcessum vt vterētur eis vt viuis: sic. n. ꝑfitēt xp̄z nasciturū passurū ⁊c. sʒ ōferēdi mortuā synagogam mrēm cū honore ad tumulū. Tunc q̄ppe tumulata est qñ euāgeliū est diuulgatū. Propter qđ nūc nec vt viua pp mēdaciū nec vt mortua pp sepulturā iam seruari pñt cerimōialia illa absq; pcō mortali. Et sic pʒ oia consonare. ¶ In respōsione ad tertiū scito/ q in eodem florētino cōcilio canonizata ē q̄si ad verbū h̄ doctria.

¶ Super. q. 104.

IN. q. 104. nihil scribēdum occurrit/ nisi q duo spāl'r aduertas. primū est quare oia illius ppl'i erant figuralia: assignat nāq; in. 2. art. ad 2m pro causa/ qr xp̄s ex ppl'o illo erat nasciturus. i. qr stat⁹ illi⁹ ppl'i erat pp xp̄m vēturū ex eo ꝯñs est vt verbis ⁊ factis p̄nunciarēt xp̄m ⁊ ptinentia ad ipsum. Et hoc ex dina instōne: cui⁹ solius est facere q facta totius ppl'i sint in figurā. scd̄m est q differētia inter cerimōialia ⁊ iudicialia in figurādo/ nō cōsistit in hoc: q cerimonialia sint p se prio istituta ad figurādū/ ⁊ iudicialia sint istituta ad figurādū p se scd̄o. h̄ em̄ nō dr in lr̄a. Et si ꝯcederet non possent hodie a quocūq; p̄cipi prīcipe sicut nec cerimonialia: qm̄ p se lʒ 2o haberēt annexā significationē xp̄i venturi. sed cōsistit in h̄ q cerimonialia vt sic per se prio. i. ꝑm primariā intentionem dei instituentis figurant xp̄m venturuʒ: iudicialia vero vt sic nec p se prio nec per se scd̄o cōtinent rationem figure/ sʒ ex ꝯñti. i. p accidēs inq;tū. s. data sunt pplo cuius totus status erat figuratiuus. si em̄ oia i figurā cōtingebāt illis: cū sit dez ista iudicialia sint ps vna oium cōtingentiū ilis/ oportet etiā ista ex cōsequēti eē figuralia. Et ppea p̄nt hec statui ⁊ seruari. ¶ Et sic itellige scd̄z ⁊ tertium articulos.

¶Et ad obiectionē primam Sco.dicitur qd remissio culpe nō multiplicatur secundum per se terminū: quia vt dictum fuit/omne peccatum conuenit cum alio in auersione:sed multitudo est in terminis per accidens:qd non inconuenit. Potest etiam dici:qd idem inquantum idem inconuenit multiplicari ⁊ non multiplicari:sed inquantum aliquo modo differens est a seipso/ potest multiplicari ⁊ non multiplicari. Et sic est in proposito:quia exitus a culpa inquantum est idem consequutioni gratie.s. inquantum est eadem mutatio s̄m substantiam/non habet hoc qd multiplicatur ⁊ non multiplicatur:sed inquantuꝫ est aliquo modo differens ab ea.i.a seipsa vt identificatur illi:differt enim in hoc qd se tenet ex parte termini a quo/illa vero ex parte termini ad quem vt sic potest multiplicari ex hac parte ⁊ non multiplicari ex parte alia.

¶Ad secundam dicitur qd idem realiter ⁊ conuertibiliter impossibile est separari sed que sunt ideꝫ realiter ⁊ non conuertibiliter possunt separari ex parte:qua nō est cōuertibilitas: vt patet de animali et homine/albedine et albedine intensa ⁊c. et sic est in ꝑposito/ vt patet ex dictis.

¶Super arti.7.

IN arti.7. eiusdeꝫ.q.113. nota duas radices ex philosophia. Alteram vnde prouenit qd forma nō fiat in instanti: alterā vnde prouenit ꝙ agens egeat tempore ad disponendam materiā sufficienter pro forma. Et prima in duobus simul iunctis cōsistit. s.in dispositione subiecti ⁊ indigentia temporis ad disponendum. Secūda autem in vno scilicet in proportione resistentis indispositionis ad virtutem agē[ntis] [illegible] manente. De successiua nanqꝫ nulla est q̄stio qꝛ implicat eam esse in instanti. Et quoniam he radices cause proprie dictorum effectuum acceptantur:ideo author vtens posterioristica doctrina/ si affirmatio est causa affirmationis ⁊c. ex negatione harum causarum concludit gratiā infundi in instanti.

¶In responsione ad secundum/ aduerte quod non dicitur qd vnico actu liberū arbitriuꝫ moueatur in deum et peccatū: sed quod simul secundū ꝙ vnum est ratio alterius. Exemplū aūt de intellectu plus dicit q̄ oporteat:qꝛ dicit etiam vnitatem actus sed abundans cautela non nocet.

¶Utrum iustificatio impij fiat in instanti vel successiue. Arti.7.

art. 8.
cor. ⁊ 4.
dis. 5. q.
1. ar. 2. q
1. ad. 1. ⁊
di. 17. q.
1. ar. 5. q.
1. ⁊ ꝟi. q.
26. ar. 3
ad. 12. et
1. 28. ā.
ad. 10.
⁊ 19. et
ar. 9.

AD septimum Sic proceditur. Uidetur quod iustificatio impij non fiat in instanti,sed successiue:quia vt dictuꝫ est,ad iustificationem impij requiritur motus libe.arbi. Actus autem libe.arbi.est eligere,qui preexigit deliberationem consilij vt dictum est. Cum igitur deliberatio discursum quendam importet qui successionem quandam habet, videtur quod iustificatio impij sit successiua.

¶Preterea. Motus liberi arbitrij non est absqꝫ actuali consideratione:sed impossibile est simul multa intelligere in actu: vt in 1.dictum est. cum igitur ad iustificationem impij requiratur motus liber. arbit. in diuersa scilicet in deum et in peccatum, videtur quod iustificatio impij non possit esse in instanti.

¶Preterea. Forma que suscipit magis et minus successiue recipitur in subiecto:sicut patet de albedine et nigredine: sed gratia suscipit magis et minus, vt supra dictum est.ergo non recipitur subito in subiecto. cū igitur ad iustificationem impij requiratur gratie infusio,videtur qd iustificatio impij non possit esse in instanti.

¶Preterea. Motus libe.arbi. qui ad iustificationem impij concurrit, est meritorius: et ita oportet quod procedat a gratia, sine qua nullum est meritum: vt infra dicetur. sed prius est aliquid consequi formam, quā secundum formam operari. ergo prius infunditur gratia, et postea libe.arbi. mouetur in deum, ⁊ in detestationem peccati, nō ergo iustificatio est tota simul.

¶Preterea. Si gratia infundatur anime oportet dare aliquod instans in quo primo anime insit, similiter si culpa remittitur, oportet vltimum instans dare in quo homo culpe subiaceat,sed non potest esse idez instans:quia sic opposita simul inessent eidem.ergo oportet esse duo instantia sibi succedentia.inter que secundum philosophuꝫ in sexto physico. oportet esse tempus medium. nō ergo iustificatio fit tota simul sed successiue.

Sed contra Est,quod iustificatio impij fit p gratiam spiritussancti iustificantis,sed spiritussanctus subito aduenit mentibus hominum:secundum illud Actuum 2. Factus est repente de celo sonus tanquam aduenientis spiritus vehementis.vbi dicit gl. quod nescit tarda molimina spiritussancti gratia. ergo iustificatio impij non est successiua,sed instantanea.

Respondeo Dicēdum,quod tota iustificatio impij originaliter consistit in gratie infusione. Per eam enim et liberum arbitrium mouetur.et culpa remittitur. gratie autem infusio fit in instanti absqꝫ successione. Cuius ratio est: quia quod aliqua forma non subito imprimatur subiecto contingit ex hoc quod subiectum non est dispositum. et agens indiget tempore ad hoc quod subiectum disponat.et ideo videmus quod statim cuꝫ materia est disposita per alterationem precedentem,forma substantialis acquiritur materie. et eadem ratione quia diaphanum est secundum se dispositum ad lumen recipiendum, subito illuminatur a corpore lucido in actu. Dictum est autem supra quod deus ad hoc quod gratiam infundat anime non requirit aliquam dispositionem, nisi quam ipse facit. Facit autem huiusmodi dispositionem sufficientem ad susceptionem gratie, quandoqꝫ quidem subito, quandoqꝫ autem paulatim et successiue:vt supra dictum est. Quod enim agens naturale non subito possit disponere materiam, contingit ex hoc quod est aliqua proportio eius quod in materia resistit ad virtutem agentis.et propter hoc videmus quod quanto virtus agentis fuerit fortior, tanto materia citius disponitur. Cum igitur virtus diuina sit infinita, potest quamcunqꝫ materiam creatam subito disponere ad formam: ⁊ multo magis liberum arbitrium hominis cuius motus potest esse instantaneus secundum naturam.sic igitur iustificatio impij fit a deo in instanti.

Ad primum Ergo dicendum, quod motus liberi arbitrij qui concurrit ad iustificationem impij,est consensus ad detestandum peccatum, et ad accedendum ad deum:qui quidem consensus subito fit. Contingit autem quandoqꝫ quod precedit aliqua deliberatio que non est de substantia iustificationis, sed via in iustificationem: sicut motus localis est via ad illuminationem,⁊ alteratio ad generationem.

¶Ad secundum dicendum, quod sicut in primo dictum est, nihil prohibet duo simul intelligere actu secundum quod sunt quodammodo vnum: sicut simul intelligi[mus] subiectum et predicatum inquantum vni[un]tur in ordine affirmationis vnius. [Et p]er eundem modum lib[erum] arbitrium [pot]est in duo simul moueri sec[undum quod v]num ordinatur in aliud.motus au[tem liberi arbitrij] in peccatum ordinatur [ad] motum libe. arbit.in deum: propter h[oc] enim homo detestatur peccatum,quia [est] contra deum cui vult adherere, ⁊ ideo [liber]um arbitriuꝫ in iustificatione impij [simu]l detestatur peccatum,et conuertit se ad deum: sicut etiam corpus simul recedendo ab vno loco accedit ad alium.

¶Ad tertium dicendum, quod non est ratio quare forma subito in materia non recipiatur,quia magis et minus potest inesse: sic enim lumen non subito reciperetur in aere,qui pōt magis ⁊ minus illuminari,sed ratio est accipienda ex parte dispositionis materie vel subiecti:vt dictum est.

¶Ad quartum dicendum,qd in eodem instanti in quo forma acquiritur incipit res operari secundum formam: sicut ignis statim cum est generatus mouetur sursum: et si motus eius esset instantaneus in eodem

¶In responsione ad tertium/aduerte maximam negatiuam ex doctrina antedicta.quod suscipere magis & minus/non est ratio quare formaz oportet fieri successiue. Et probat hoc author ex lumine. Et hinc habes q falsa sit illa propositio/nulla latitudo forme acquiritur aut deperditur in instanti:patet enim quod non solum falsa est quum aliquid fit consequutiue:puta qn calor fit & sequēdo formā ignis: sz et qn fit p se/vt pro pus terminus factionis.vt patet de lumine. Et rursus patet quod non solum est hoc verum de latitudine intensiua/ sed etiam extensiua:contingit enim totum aliquod simul illuminari/ imo et coagulari inquit philosophus in de sensu & sensato. Sed discussiones extrauagantibus relinquamus questionibus/moralia prosequamur hic. ¶In responsione ad quintum que dicenda essent de tempore discreto & quomodo loquendum est de eo secundum se/et quomodo coexistēter ad tempus nostrum/require in commentarijs super prima parte. Quomodo autem datur primum esse gratie quod est idem quod primum non esse culpe/ non est aliquid speciale/ sed commune omni generationi permanentium. Ex hoc ergo habes quod liberum arbitrium in iustificationis instanti mouetur in destationem culpe/ non que est/sed que immediate ante hoc fuit & nūc primo non est.

¶Super artm 8m.

In articulo octauo eiusdem questionis in responsione ad primum nota ingenium et reuerentiā authoris. [illegible] tuor que numerari solent in iustificatione impij/et indistincte accipiendo gratiam cum per se et necessario consequentibus donis ex parte termini ad quem/soluit argumentum de prioritate gratie respectu remissionis peccatorum aut econtra. Deinde distinguendo inter donuz gratie quod dictum est esse in essentia anime/et donum iustitie consequentis gratiam (quod dictū est in primo articulo huius.q.esse terminum ad quē in iustificatione impij)aliter soluit quasi quintum adiūgens predictis quatuor. Nō nouiter adinuētum / sed ipsam iustificationē/ que a iustitie dono termi-nante dicta est/consequens:vt sic iustificatio impij ex parte termini ad quem/sit quintum integrans iustificationem impij. Et quia sic ordo naturalis in iustificatione impij est/quod primo est infusio gratie. secundo motus liberi arbitrij in deum . tertio motus liberi arbitrij in peccatum. quarto consequutio iustitie. quinto exclusio culpe. Et vt melius penetres ordinem hunc/aduerte quod actio dei infusiua gratie impio habet quasi duo officia:qz est inductiua & expulsiua. et si actio sine medio motu liberi arbitrij per modum naturalium actionum sortiretur effectū (vt in infantibus cōtingit baptizatis)tunc ad gratie infusionem / duo tātū cōsequerentur/ scz iustitia & remotio culpe. pmū ex primo officio / secundum ex secūdo. Sed quoniā in adultis non sortitur effectum per modum actionis naturalis : sed medio libero arbitrio / vt oia fiant suauiter/ad infusionem gratie consequuntur quattuor. duo ex primo officio/ scilicet motus liberi arbitrij in deum/ & cōsequutio iustitie . & duo ex secundo officio:scilicet motus liberi arbitrij in peccatum & expurgatio a peccato. Ita qd gratia causat duos motus.alterum per modum liberi arbitrij quasi imperando ei accessum ad deum et recessum a peccato: alterum per modum nature / quasi exequendo inductionez iustitie et remissionem peccati. Et quoniam totus ordo medij precedit naturaliter ordinem tertij/et totus ordo imperij prior naturaliter est toto ordine executionis / idcirco consequutionem iustitie que terminus ad quem in exequutione istius motus est/ quarto loco post totum motuz liberi arbitrij locaui.et sic ponitur iustitia terminus ad quem/& culpa terminus a quo iustificationis impij (vt in litera dicit)& gratia causa vtriusq scilicet adeptionis & remissionis.

¶In responsione ad secundum dubiuz occurrit:qr author videtur equocare aut male probare q dispositio liberi arbitrij sequitur gratie infusionem:qr dispositio subiecti sequitur actiones agentis per quā etiam ipsuz subiectū disponitur.naz in cōmuni loquēdo actio agentis est duplex: vna inductiua forme & altera dispositiua vbi opus est dispositione. Et cōstat q dispositio subiecti sequitur actionem dispositiuam non actionem inductiuā. Ubi autē non est opus dispositione(vt in illuminatione) actionē agentis nulla sequit dispositio. In spāli quo q proposito loquendo / actio dei est duplex.s.infusio gratie: et gratuita dei motio. Prima iducit formā gratie. Secunda preparat seu disponit ad gratiam:vt patet ex supradictis. Et sic dispositio ad gratiaz sequitur actionē agētis.i. gratuitam dei motionem : precedit autem nature ordine actionem agentis.i. infusionem gratie: cuius oppositum in litera dicitur. ¶Ad hoc dr q si gratie donum habituale perficeret solū per modū nature/ idem esset iudicium de infusiōe gratie & dispositione ad illā & alijs actionibus formis & dispositionib⁹ naturalibus:et oporteret ponere sm nature leges aliam actionem inductiuam forme/& aliā dispositiuā. Sed qr iam declaratū est/ q gratia operat vtroq mō.s. & per moduz liberi ar. & per modū nature/ ideo infusio gratie gratum facientis inquātum operatur per modū lib. arbi.gratuite mouet liberum arb. ad act⁹ duos antedictos:& sic preuenit & eosdem vt informatos grā/& seipsam gratiam vt gratum facientem. Ita q non solum simul sed vnica actione de⁹ infundēdo gratiā gratuite mouet & gratū facit/& inquātū gratuite mouet libe. arbi.disponit/simul et dispositū reddit p libe.arb.hominem ad gratiaz qm ipso actu libe.ar.homo reddit subm preparatum et coaptatū gratie cui⁹ opposito actu posuerat obicez gratie. Et hec pparatio est que superius in.q.112.arti.2. ad primū/dicta est meritoria. ¶Nec obstat his qd qnq gratuita dei motio fit non per gratiam gratum facientē:pōt nāq et per ipsam et sine ipsa de⁹ gratuite mouere. Hanc aūt quā diximus esse mentem authoris / ex eo patet q non dicit dispositionē nature ordine sequi actionem agentis quācūq sed eaz p quā etiā subm disponitur/quasi diceret q actionez que non solū est inductiua sed etiā dispositiua dispositio subi sequitur:& sic nihil restat ambiguum.

¶Super arti.9.

In art. 9. eiusdē.q. duo nota. Primo q iustificationem impij que consistit vt est dictuz in gre infusione originaliter & principaliter / autor distiguit contra creationez:qr ex impio fit iustus & qr in adultis cooperatur motus libe.arbi.Quod pro tāto notandum dixerim/ vt gratiam non creari apud autoris doctrinam confirmē. Scdo tene añ oculos tuos semp die noctuq qd bonum gratie vnius est melius q bonum nature toti⁹ vniuersi:vt cōtinue videas dānationē imminentem non existimanti tm bonū oblatum.

¶Super arti.10.

In arti. 10. eiusdez. q. dubiū triplex occurrit. Primum est circa illud.anima naturaliter est capax gre. videtur em q sm psentem doctrinā in anima sit potētia naturalis ad gratiam/ac per hoc ad fidem et alia hmōi:cuius oppositū in prima parte diximus cōtra scotum. ¶Scdm est circa illud/ q gratia nō est super naturalē potentiam impij / sicut vita supra potentiaz [illegible] sicut cum [illegible] corpore mortuo est potentia remota ad vitam et nō propinqua/ ita in aīa impia est potētia remota ad grām & non ppinqua/imo magis vita est in potentia naturali talis corporis quā gratia in potentia naturali anime impie:quia illud potest per multas transmutatiōes reduci in vitam ab agente naturali/gratia vero non.

¶Tertium est in responsione ad secundum. Circa illud qd non est simile de illuminatione ceci et iustificatione ipij:quoniam expresse autor in tertio cōtra genti. cap.161.dicit q iustificatio impij est supra id qd ordo rerum exigit/et iō sicut de

---

instanti compleretur. Motus autem libe. arbit. qui est velle, non est successiuus, sed instantaneus,et ideo non oportet qd iustificatio impij sit successiua. ¶Ad quintum dicendum, quod successio duorum oppositorum in eodem subiecto aliter est consideranda in his que subiacent tempori et aliter in his que sunt supra tempus. In his enim que subiacent tempori non est dare vltimum instans in quo forma prior subiecto inest: est autem dare vltimum tempus, et primum instans in quo forma subsequens inest materie vel subiecto. Cuius ratio est: quia in tēpore non potest accipi ante vnum instans aliud instans precedens immediate: eo quod instantia non consequenter se habeant in tempore, sicut nec puncta in linea(vt probatur in.6.physicorum)sed tempus terminatur ad instans, et ideo in toto tempore precedenti quo aliquid mouetur ad vnam formam,subest forme opposite,et in vltimo instanti illius temporis quod est primum instans sequentis temporis, habet formam que est terminus motus. ¶Sed in his que sunt supra tempus aliter se habet: siqua enim successio sit ibi affectuum vel intellectualium conceptionum (puta in angelis) talis successio non mensuratur tempore continuo, sed tempore discreto:sicut et ipsa que mensurantur nō sunt continua:vt in primo habitum est. Unde in talibus est dandum vltimum instās in quo primum fuit, et primum instans in quo est id quod sequitur. Nec oportet esse tempus medium: quia non est ibi continuitas temporis que hoc requirebat. ¶Mens autem humana que iustificatur secundum se quidem est supra tempus,sed per accidēs subditur tempori:inquantum scilicet intelligit cum continuo et tempore secundum fantasmata in quibus species intelligibiles considerat:vt in primo dictum est. Et ideo iudicandum est secundum hoc de eius mutatione [illegible]undum conditionem motuum tempo[illegible]:vt scilicet dicamus quod non est da[illegible]timum instans in quo culpa infuit,sed vlt[illegible] tempus [illegible]tem dare primum instan[illegible] inest,in toto autem tēpore pre[illegible] inerat culpa.

¶Utrum [illegible]tie infusio sit prima ordine nature inter ea [illegible] requiruntur ad iustificationem impij. Arti.8.

Ad octauum Sic procedit. Uidetur quod gratie infusio non sit prima ordine nature inter ea que requiruntur ad iustificationem impij. Prius enim est recedere a malo,quam accedere ad bonum:secundum illud psalmi, Declina a malo,et fac bonum. Sed remissio culpe pertinet ad recessum a malo,infusio autem gratie pertinet ad prosecutionem boni.ergo naturaliter prius est remissio culpe quam infusio gratie.

¶Preterea. Dispositio pcedit naturaliter formam ad quam disponit:sed motus liberi arbitrij est quedam dispositio ad susceptionē gratie.ergo naturaliter precedit infusionem gratie.

¶Preterea. Peccatum impedit animam ne libere tendat in deum.sed prius est remouere id quod prohibet motum quam motus sequatur.ergo prius est naturaliter remissio culpe et motus liberi arbitrij in deū quam infusio gratie.

Sed contra. Causa est prior naturaliter suo effectu:sed gratie infusio causa est omnium aliorum que requiruntur ad iustificationem impij:vt supra dictum est.ergo est naturaliter prior.

Respondeo Dicendum, quod pdicta quatuor que requiruntur ad iustificationem impij,tempore quidem sunt simul:quia iustificatio impij non est successiua:vt dictum est. Sed ordine nature vnum eorum est prius altero.et inter ea naturali ordine primum est gratie infusio:secundum motus liberi arbitrij in deum,tertium est motus liberi arbitrij in peccatum.quartum vero est remissio culpe. Cuius ratio est:quia in quolibet motu naturaliter primum est motio ipsius mouentis, secundum autem est dispositio materie siue motus ipsius mobilis:vltimum vero est finis vel terminus motus ad quem terminatur motio mouentis. Ipsa igit dei mouentis motio est gratie infusio:vt dictum est supra.motus autem vel dispositio mobilis est duplex motus liberi arbitrij.terminus autem vel finis motus est remissio culpe:vt ex supradictis patet. Et ideo naturali ordine primum in iustificatione impij est gratie infusio,secundum est motus liberi arbitrij in deum.tertium vero est motus liberi arbitrij in peccatum. Propter hoc enim ille qui iustificatur detestatur peccatum,quia est contra deum,vnde motus liberi arbitrij in deum,precedit naturaliter motum liberi arbitrij in peccatum,cum sit causa & ratio eius. quartum vero et vltimuz est remissio culpe: ad quam tota ista transmutatio ordinatur sicut ad finem,vt dictum est.

Ad primum Ergo dicendum , quod recessus a termino,et accessus ad terminum dupliciter considerari possunt. Uno modo ex parte mobilis.et sic naturaliter recessus a termino precedit accessum ad terminum: prius enim est in subiecto mobili oppositū quod abijcitur, & postmodum est id quod per motum assequitur mobile. Sed ex parte agentis est econuerso,agens enim per formam que in eo preexistit agit ad remouendum contrarium:sicut sol per suam lucem agit ad remouendum tenebras. Et ideo ex parte solis prius est illuminare quam tenebras remouere:ex parte autem aeris illuminandi prius est purgari a tenebris,quam consequi lumen ordine nature.licet vtrumq sit simul tempore. Et quia infusio gratie et remissio culpe dicuntur ex parte dei iustificantis,ideo ordine nature prior est gratie infusio,quam culpe remissio. Sed si sumantur ea que sunt ex parte hominis iustificati est econuerso:nam prius est ordine nature liberatio a culpa,quam consecutio gratie iustificātis. ¶Uel pōt dici,quod termini iustificationis sunt culpa sicut a quo,& iustitia sicut ad quē:gratia vero est cā & remissionis culpe & adeptionis iustitie. ¶Ad scdm dōm, q dispō subiecti precedit susceptionē forme ordine nāe,sequit tn actionē agētis, p quā etiā ipm subm disponit,& iō motus lib. arb. nāe ordine pcedit cōsecutionem gre,sequit aūt gre infusionē. ¶Ad tertiū dōm, q sicut phs dicit in.2.phy.in motib⁹ animi omnino pcedit motus in principium speculationis vel in finē actionis : sed in exterioribus motib⁹ remotio impedimenti precedit assecutionem finis,& qr motus libe.arbi.est motus animi, prius nature ordine mouetur in deum sicut in finem, q ad remouendū impedimentum peccati.

¶Utrum iustificatio impij sit maximum opus dei. Arti.9.

Ad nonū Sic pcedit. Uidet qd iustificatio impij nō sit maximuz opus dei. Per iustificationem em impij cōsequitur aliqs gratiā vie,sed p glorificationē cōsequitur aliqs gratiā patrie q maior est.ergo glorificatio angelorum vel hoim est maius opus q iustificatio impij. ¶P. Justificatio impij ordinatur ad bonū particulare vnius hois,sed bonū vniuersi est maius q bonū vni⁹ hois: vt ptz in.1.ethi.ergo maius opus est creatio celi et terre, q iustificatio impij. ¶P. Maius est ex nihilo aliqd facere & vbi nihil cooperat agēti,q ex aliquo facere aliqd cū aliqua cooperatione patiētis, sed in opere creationis ex nihilo fit aliquid, vñ nihil potest cooperari agēti.sed in iustificatione impij deus ex aliquo aliquid facit.i. ex impio iustum,et est ibi aliqua cooperatio ex parte hominis:quia est ibi motus libe.arbi.vt dictum est. ergo iustificatio impij non est maximum opus dei.

Sed ō. Est.qd in psal.dr, Miserationes eius super oia opa eius. et in collecta dr,Deus qui oipotentiā tuam parcendo maxime & miserēdo manifestas. et Aug.dicit exponens illud Jo.14. Maiora horum faciet,qd maius opus est vt ex impio iustus fiat q creare celum & terram.

Rñdeo Dōm, qd opus aliqd pōt dici magnū dupl'r.Uno mō ex parte modi agēdi,& sic maximū op⁹ est creationis in quo ex nihilo fit aliqd. Alio mō pōt dici op⁹ magnū ppter magnitudinē ei⁹ qd fit,& sm hoc maius opus est iustificatio impij q terminat ad bonū eternū diuine participationis q creatio celi & terre q terminat ad bonū nature mutabilis.& ideo Aug. cū dixisset qd maius est qd ex impio fiat iustus q creare celū & terrā:subiūgit, Celū enim & terra transibit:pdestinatorum aūt salus et iustificatio permanebit. ¶Sed sciendū est qd aliqd magnū dr dupl'r. Uno mō sm quātitatem absolutā,& hoc mō donū glorie est maius q donū gratie iustificātis impiū.et sm hoc glorificatio iustorum est maius opus q iustificatio impij. Alio mō dr aliqd magnū quantitate pportionis : sicut dr mons paruus & miliū magnū,& hoc mō donū gratie impiū iustificātis est maius q donū glorie beatificātis iustū:qr plus excedit donū gratie dignitatez impij q erat dignus pena, q donū glorie dignitatē iusti,q ex hoc ipso qd est iustificatus est dignus gloria. & iō Aug. dicit ibidē. Judicet qui pōt, vtrū maius sit iustos angelos creare q impios iustificare:certe si equalis est vtrūq potētie,h maioris est mie. ¶Et p hoc ptz rñsio ad primū.

Ad scdm Dōm, qd bonuz vniuersi est maius q bonū particulare vnius si accipiat vtrūq in eodē gñe, sed bonū gre vnius maius est q bonū nature totius vniuersi. ¶Ad tertiū dōm. qd rō illa procedit ex parte modi agendi:sm quē creatio est maximum opus dei.

¶Utrum iustificatio impij sit miraculosa. Articulus 10.

Ad decimū Sic pcedit. Ur q iustificatio impij sit opus miraculosum. Opa em miraculosa sunt maiora nō miraculosis sz iustificatio impij est maius op⁹ q alia opa miraculosa : vt ptz per Aug. in authoritate inducta, ergo iustificatio impij est op⁹ miraculosum. ¶P. Motus volūtatis ita est in anima sicut inclinatio naturalis in reb⁹ naturalib⁹,sed qñ deus aliqd opat in reb⁹ naturalib⁹ cō inclinationē nature est opus miraculosum:sicut cū illuminat cecū vel suscitat mortuū. Uolūtas aūt impij tendit in malum,cū igitur deus iustificando hoiem moueat eū in bonū, videtur qd iustificatio impij sit miraculosa. ¶P. Sicut sapientia est donū dei,ita & iustitia:sed miraculosum est qd aliqs subito sine studio sapientiam assequatur a deo. ergo miraculosum est qd aliquis impius iustificetur a deo.

Sed ō. Opa miraculosa sunt supra potētiā naturalē,sed iustificatio impij nō est supra potentiā naturalē. Dicit em Aug.in li.de pdestinatione sctōrum,qd posse hre fidē sicut posse hre charitatē natura est hoim,hre aūt bonū gre est fideliū.ergo iustificatio impij non est miraculosa.

Rñdeo Dōm,qd in opib⁹ miraculosis tria ꝯsueuerūt inueniri, quorum vnū est ex parte potētie agētis:qr sola diuina vtute fieri pñt,& ideo sunt simpl'r mira quasi habētia causam occultam : vt in primo dictū est, & sm hoc tā iustificatio impij q creatio mūdi & vl'r oē opus qd a solo deo fieri pōt miraculosum dici pōt. Scdo in quibusdā miraculosis operib⁹ inuenit q forma inducta est supra naturalē potētiam talis materie:sicut in suscitatione mortui vita est supra naturalē potentiam talis [illegible]ris,& quantum ad hoc iustificatio im[illegible] nō est miraculosa:q[illegible]turaliter anim[illegible] gratie capax.eo em ip[illegible]cta e[illegible]aginē dei capax est dei per gr[illegible]ug.dicit. Tertio modo in operibus [illegible]aculosis inuenitur aliquid preter sol[illegible] & consuetum ordinem causandi effectu[illegible] sicut cum aliquis infirmus sanitatem [illegible]erfectam assequitur subito preter solit[illegible]rsum sanationis que fit a natura vel arte,et quātum ad hoc iustificatio impij quandoq est miraculosa et quandoq non. Est enim iste communis et consuetus cursus iustificationis , vt deo mouente interius animam homo conuertatur ad deum.primo quidem conuersione imperfecta , vt postmodum ad perfectam deueniat:quia charitas inchoata meretur augeri vt aucta mereatur perfici:sicut Augu.dicit. Quandoq vero tam vehementer deus animam mouet vt statim quandam perfectionem iustitie assequatur (sicut fuit in conuersione Pauli) adhibita etiam exterius miraculosa prostratione. et ideo conuersio Pauli tanquam miraculosa in eccle-

---

Als. Ergo prius est naturalit remissio culpe & motus liberi arbitrij i peccatū / & mot⁹ liberi arbitrij in deum et q infusio gre.

4.d.17. q.1.ar.4 q.1.et.q. 2.art.5. q. pma, ad scdz. Et veri. q.28.articulo.7

3.q.43. ar.4.ad 2. Et 4.di. 17.qō.1. ar.5.q.1 ad.1. & di.46. q.2.ar.1 q.3.ad.2 Et Joā. 14.lc.4 co.1.

1.q.105. ar.7.ad 1.et.3.q. 44.ar.3 ad.1.2.3 Et 2.di. 28.q.1. art.1.ad 2. et 4.di. 17.qō.1. ar.5.q.1 Et po.q. 6.ar.2. ad.6.

Universidad de Deusto Biblioteca

uǒ oẽs cecos illuminat/ita nõ impios iustificat. hic aũt argumẽto 2° ꝙ hoc tãgit/vult ꝑm ordinẽ rerũ ipsam iustificationem fieri/ꝛ ꝓpterea non esse miraculum: aut ergo hic aut ibi a vero declinat.
¶Ad euidentiã hoꝝ sciẽdũ est/ꝙ quũ cõe sit omni forme nõ hr̃e mãꝫ ex qua constat quũ de poͣ nãli ad formã quo est/non nisi de mã in qua/est sermo. Ueꝝ hmõi mã in qua duplr̃ põt se ad formã hr̃e. nã qñqꝫ ẽ nõ solum in qua fit ꝛ ẽ forma/sed est materia ex qua educitur forma. ꝛ tunc est potentia naturalis ad formam/vtpote ex sua potentia educendaꝫ. Quandoqꝫ autem ẽ solum materia i qua fit ꝛ est/non autem ex qua educitur. Et hoc adhuc contingit dupliciter. vno mõ sic ꝙ licet forma non educatur de potentia materie/ dispositio tamen propria ad formam educitur de potentia materie ꝑ naturale agens. ꝛ tunc est etiam potẽtia naturalis ad formam. ꝛ hoc modo est in corpore organico poͣ nãlis ad aiaꝫ intellectiuã. Alioꝰ sic ꝙ propria dispõ educať de poͣ sbi/sed non ꝑ agens nãle claudendo sub nãli agente totuꝫ ordinem nãe. Et tũc est poͣ quodãmõ nãlis ꝛ quodãmõ non nãlis: qm̃ et eo ꝙ ẽt propria dispõ ad formaꝫ excedit facultatẽ nãlis motiui talis poeˀ/ sequiť ꝙ poͣ ad talẽ formã sit supra poͣm nãlẽ illiꝰ: ex eo aũt ꝙ illa dispõ educibilis est de poͣ ꝓpria/ quãdã nãlitateꝫ hꝫ. Et h̃ mõ poͣ aie ad grãm est quodãmõ nãlis/ ꝑ quãto actꝰ libe. arbi. quo ꝑparaꝛ ad grãꝫ educiť d̃ poͣ nãli libe. arbi. Est ãt supnãlis ꝑ quãto actus ille vt dispositio ad grãm/a sola gratuita dei motione [illegible] grã supremi ordis ẽ [illegible] ꝑ totũ nãe ordinẽ. vt i ꝑcedẽti articulo ad 2m habes. Et qꝛ mediũ nũc hoc nunc illud induit extremuꝫ iõ poͣ aie ad grãm qñqꝫ nãlis qñqꝫ non nãlis ꝫ obediẽtialis aut supnãlis vocaꝛ. Simplr̃ aũt nõ ẽ nãlis: qm̃ ad res supremi ordinis est. Sꝫ deficit a rõne miraculi iustificatio/pp illud nãlitatis qǒ est i aia ꝑcipue a theologo ꝯsiderata: q̃ qm̃ deꝰ ab initio istituit creaturã rõnalẽ ad hũc supmũ ordinẽ eleuãdã ꝑ sua ẽt opa/iõ vt nãle h̃ accipit qǒ nõ acciperet si deꝰ solũ nãlẽ ordinẽ reꝝ creasset ac istituisset. Et per hoc patet responsio ad primum dubium.

S.q. 1.ã 4. Et.2. d.5.q.2. ã.1.ꝛ di. 28 ã.4. Et heb. 6, le.3. co,2.

¶Ad 2m dr̃/ꝙ iter mortuũ seu cecũ ꝛ ipiũ h̃ itereſt: ꝙ in ipio ẽ velut poͣ occupata sub altero ꝯtrio: sic potẽs calefieri actu frigidũ existẽs. i mortuo ãt aut ceco h̃ ẽ poͣ sub altero ꝯtrio/ ſꝫ olo non ẽ poͣ: qꝛ de ꝑuatiõe ad hitũ nõ ẽ regressꝰ nisi ꝑ resolutionẽ ad ꝑm. Uñ obo nihil obstat: qꝛ de poͣ ꝓpiqua ẽ sermo/quãuis occupata: nõ d̃ poͣ remota ꝑ resolutionẽ ad vltimũ.
¶Ad 3m demũ dubiũ dr̃ ꝙ duplex ordo ẽ hic ꝯsiderãdꝰ. s. ordo meritoꝝ ꝛ noꝝ ꝑꝫ iustitiã/ꝛ ordo cãndi. Si attẽdimꝰ ad ordinẽ iustitie sic ꝑter reꝝ ordinẽ fit iustificatio ipij: ita vt i ꝑcedẽti ã. dcm̃ sit/ꝙ plꝰ excedit donum grẽ ꝓportiõalr̃ ipiũ q̃ donũ glie iustũ ꝛ iuxta hũc ordinẽ author loqꝛ i libro ꝯ gent. i loco allegato. Si aũt ꝯsidereť ordo causandi iustificationẽ ipsam/sic(vt in lr̃a dr̃) qñqꝫ fit ꝑm consuetũ cursum causandi ipsaꝫ/quãdoqꝫ supra ipsam. ꝛ iuxta hunc ordinẽ loquutus est hic author. Et qꝛ ratio miraculi attẽdiť iuxta superexcessum ordis causandi/ꝛ nõ iuxta superexcessuꝫ ordinis iustitie tñ/ideo hic negať eẽ miraculũ iustificationẽ h̃. qǒ tamen conceditur de illuminatione ceci/qꝛ ordo causandi ibi mutaꝛ.

sia commemoratur celebrãter.

Ad primum Ergo dicendum, ꝙ quedam miraculosa opera etsi sint minora quaꝫ iustificatio impij quantum ad bonum quod fit, sunt tamẽ preter consuetum ordinem talium effectuũ. ꝛ ideo plus habent de ratione miraculi.
¶Ad secundum dicendum, quod non qñcunqꝫ res naturalis mouetur contra suam inclinationem est opus miraculosum (alioquin miraculosum esset quod aqua calefieret vel quod lapis sursum proijceretur) sed quandoqꝫ hoc fit preter ordinem proprie cause que nata est facere hoc. Justificare autem impium nulla alia causa potest nisi deus, sicut nec aquam calefacere nisi ignis. ꝛ ideo iustificatio impij a deo quantum ad hoc nõ est miraculosa. ¶Ad tertium dicendum, ꝙ sapientiam ꝛ scientiam homo natus est acquirere a deo per proprium ingenium ꝛ studiũ, ꝛ iõ qñ ꝑter hunc modũ hõ sapiens vel sciens efficiť est miraculosum. sed grãm iustificãtẽ nõ ẽ hõ natus acquirere ꝑ suã opõnem sed deo operante. Unde non est simile.

¶De merito qǒ est effectus gratie cooperantis. Questio. 114.

Deinde Considerãdum est de merito qǒ est effectꝰ grẽ cooperãtis. ¶Et circa hoc querũtur decẽ. Primo vtrum homo possit aliqd mereri a deo. Secundo vtrum aliquis sine gratia possit mereri vitam eternam. Tertio vtrum aliquis per gratiam possit mereri vitam eternam ex cõdigno. Quarto vtrũ gratia sit principium merendi mediãte charitate principaliter. Quinto vtrũ homo possit sibi mereri primam gratiam. Sexto vtrũ homo possit eam mereri alij. Septimo vtrũ possit sibi aliquis mereri reparationeꝫ post lapsum. Octauo vtruꝫ possit sibi aliquis mereri [illegible]gmentum gratie vel charitatis. No[illegible]um possit sibi mereri finalem perseue ra[illegible]m. Decimo vtrum bona temporalia cad[illegible]ub merito.

¶Ut[illegible] mereri a deo. Ar. 1.

A[illegible] p̃mũ Sic procediť. Uidetur quod [illegible]o non possit aliquid mereri [illegible]eo. Nullus enim videtur me[illegible]dez mereri ex hoc quod reddit alteri qǒ d[illegible] per omnia bona que facimus non possumus sufficienter recompensare deo quod debemꝰ quin semper amplius debeamus: vt etiam philosophus dicit in. 8. ethi. vnde ꝛ Luce. 17. dicitur, Cum omnia que precepta sunt feceritis dicite, serui inutiles sumus, quod debuimus facere fecimus. ergo homo non potest aliquid mereri a deo. ¶ꝑ. Ex eo quod aliqs sibi ꝓficit nihil videtur mereri apud eum cui nihil proficit: sꝫ homo bene operãdo sibi ꝓficit vel alteri homini: non autem deo. Diciť enim Job. 35. Si iuste egeris quid donabis ei, aut quid de manu tua accipiet? ergo homo non potest aliquid a deo mereri. ¶ꝑ. Quicunqꝫ apud aliquem aliquid meretur constituit eum sibi debitorem. debitum enim est vt aliquis merẽti mercedẽ rependat. sed deus nulli est debitor. vnde dicitur Ro. xj. Quis prior dedit ei ꝛ retribueť ei? ergo nullus a deo potest aliquid mereri.

Sed contra Est. ꝙ dr̃ Hiere. 31. Est merces operi tuo: ſꝫ merces dr̃ ꝙ ꝑ merito redditur. ergo videtur quod homo possit a deo mereri.

Respondeo Dicendum, quod meritum ꝛ merces ad idem referuntur. Id enim merces dicitur, quod alicui recompensatur pro retributione operis vel laboris quasi quoddam pretium ipsius. vnde sicut reddere iustum pretium pro re accepta ab aliquo est actus iustitie, ita etiam recompensare mercedem operis vel laboris est actus iustitie. iustitia autem equalitas quedam est, vt patet per philosophum in. 5. ethic. ꝛ ideo simpliciter est iustitia inter eos quorum est simpliciter equalitas: eorum vero quorũ non est simplr̃ equalitas: non est simpliciter iustitia, sed quidam iustitie modus potest esse: sicut dicitur quoddam ius paternum siue dominatiuũ, vt in eodem li. philosophus dicit. ꝛ propter hoc in his in quibus est simpliciter iustum, est etiaꝫ simpliciter ratio meriti ꝛ mercedis in quibus autem est secundum quid iustuꝫ ꝛ non simplr̃. in his ẽt nõ simplr̃ est rõ meriti sed ꝑm quid, inquantum saluaꝛ ibi iustitie rõ. sic. n. ꝛ filius meretur aliqd a patre ꝛ seruus a domino. Manifestũ est aũt ꝙ iter deum ꝛ hoieꝫ ẽ maxima inequalitas (in infinitũ. n. distant) totũ ꝙ est hois bonũ, est a deo. vnde non põt hois a deuꝫ eẽ iustitia ꝑꝫ absolutam equalitateꝫ, sed ꝑm ꝓportionẽ q̃dã: inquantum scilicet vterqꝫ operatur secundum modum suum. modus autem ꝛ mensura humane virtutis homini est a deo, ꝛ ideo meritum hominis apud deuꝫ esse non potest nisi secundum presuppositionem diuine ordinationis, ita scilicet vt id homo consequatur a deo per suã operationẽ quasi mercedem, ad qǒ deus ei virtutẽ operandi deputauit: sicut etiaꝫ res naturales hoc cõsequunť ꝑ ꝓprios motus ꝛ opatiões, ad qǒ a deo sunt ordinate. Differẽter tñ: qꝛ creatura rõnalis seipsam mouet ad agendũ per lib. arbi. vnde sua actio hꝫ rationem meriti, qǒ non est in alijs creaturis.

Ad primũ Ergo dõm, qǒ hõ inq̃tũ ꝓpria volũtate facit illud qǒ dꝫ, mereť: alioqñ actus iustitie quo quis reddit debitũ, nõ eẽt meritoriꝰ. ¶Ad scõm dõm, ꝙ deus ex bonis nr̃is nõ querit vtilitatẽ, sed gloriã. i. manifestationẽ sue bonitatis, qǒ etiã ex suis opibꝰ querit. Ex hoc aũt qǒ eũ colimus, nihil ei accrescit, sed nobis: ꝛ ideo meremur aliqd a deo non quasi ex nostris operibꝰ aliqd ei accrescat: sꝫ inq̃tum ꝓpter eius gloriã opamur. ¶Ad tertiũ dõm. qǒ qꝛ actio nostra nõ hꝫ rõnẽ meriti nisi ex presuppositione diuine ordinationis, non sequitur qǒ deus efficiatur simplr̃ debitor nobis: sed sibijpsi inquantum debitum est vt sua ordinatio impleatur.

¶Utrum aliquis sine gratia possit mereri vitam eternam. Arti. 2.

Ad scõm Sic ꝑcediť. Uꝛ ꝙ aliquis sine gratia possit mereri vitam eternã. Illud em̃ hõ a deo meretur, ad qǒ diuinitus ordinatur: sicut dictũ est. Sed hõ ꝑm suã naturã ordinať ad beatitudinẽ sicut ad finẽ, vñ etiam naturaliter appetit esse btũs. g̃ hõ ꝑ sua naturalia absqꝫ gratia mereri põt beatitudinem q̃ est vita eterna. ¶ꝑ. Idẽ opus quanto est minus debitũ, tãto est magis meritorium. Sed minus debitũ est bonũ qǒ fit ab eo qui minoribus beneficijs est preuẽtus. Cũ igiť ille qui hꝫ solũ bona naturalia minora beneficia sit ꝯsecutus a deo q̃ ille qui cũ naturalibꝰ hꝫ gratuita, videtur qǒ eius opera sint apud deũ magis meritoria, et ita si ille qui hꝫ gratiam põt mereri aliquo modo vitam eternã, multo magis ille qui non hꝫ. ¶ꝑ. Misericordia et liberalitas dei in infinitum excedit misericordiam ꝛ liberalitatem humanam, sed vnus homo potest apud alium mereri etiam si nunq̃ suam gratiam ante habuerit. ergo videtur qǒ multo magis homo absqꝫ gratia vitam eternam possit a deo mereri.

Sed ꝯ Est, qǒ apl's dicit rom. 6. Gratia dei vita eterna.

Rñdeo Dõm, qǒ hois sine grã duplex status cõsiderari põt: sicut supra dictũ est. Unus quidẽ nature integre, qualis fuit in adamante pctm̃. Alius aũt nature corrupte: sicut est in nobis ante reparationẽ gratie. Si ergo loquamur de hoie quo ad primũ statũ, sic vna rõne nõ potest mereri absqꝫ gratia vitã eternã per pura naturalia: qꝛ. s. meritũ hois dependet ex preordinatione diuina. Actus aũt cuiuscũqꝫ rei non ordinať diuinitus ad aliqd excedens ꝓportionẽ virtutis que est principiũ actus: hoc em̃ est ex institutione diuine ꝓuidentie vt nihil agat vltra suã virtuteꝫ. Uita aũt eterna est quoddã bonuꝫ excedens ꝓportionẽ nature create: qꝛ etiam excedit cognitionem ꝛ desiderium eius: ꝑm illud. 1. ad Cor. 2. Nec oculus vidit nec auris audiuit nec in cor hois ascẽdit. Et inde est qǒ nulla natura creata est sufficiens ꝑnm actus meritorij vite eterne, nisi superaddatur aliqǒ supnaturale donũ quo ad gratiã dr̃. Si vero loquamur de hoie sub pctõ existẽte, additur cũ hoc scda ratio ꝓpter impedimẽtum peccati. Cum em̃ pctm̃ sit quedã dei offensa excludens a vita eterna (vt patet per supradicta) nullus in statu pcti existẽs potest vitam eternam mereri nisi prius deo reconcilietur dimisso pctõ, qǒ fit per gratiã. peccatori enim non debetur vita sed mors: ꝑm illud Ro. 6. Stipendia peccati mors.

Ad primũ Ergo dõm, qǒ deus ordinauit humanã naturam ad finẽ vite eterne consequẽdũ, non ꝑ ꝓpria virtute: sed per auxilium gratie. Et hoc modo eius actus põt esse meritorius vite eterne. ¶Ad scõm dõm, qǒ hõ sine gratia nõ potest habere equale opus operi qǒ ex gratia ꝑcedit: qꝛ quãto est perfectius principiũ actionis tanto est perfectior actio. Se[illegible] quereretur autẽ rõ supposita equalita[illegible] operationis vtrobiqꝫ. ¶Ad tertiũ dice[illegible] quantũ ad primã rationẽ inductã di[illegible]li ter se habet in deo ꝛ in homine, na[illegible]omo virtutem benefac[illegible] deo [illegible] autem ab homine, et ideo a d[illegible] homo aliquid mereri nisi per do[illegible] eius: quod apostolus signãter expri[illegible] dicens. Quis prior dedit ei, et retribue[illegible] illi: sed ab homine potest quis mere[illegible]nteqꝫ ab eo ac-

¶Super. q. 114. arti. 1m.

IN titulo p̃mi ar. 114. ꝛ viti aduerte tres terminos/ly homo/ly mereri/ly a deo. Naꝫ sermo est de homine ꝛ non de homine adoptato in filiuꝫ dei/non de homine i statu peccati vel gratie: sed absolute. Mereri autem primo in seruitijs inuentum videtur quibus mercedem merentur: in quibus primo merces nominata apper. vnde ꝛ mercennarij dicti sunt qui vt mereantur mercede seruiunt. Uerum a seruitijs ad obsequia ꝛ beneficia extẽsuꝫ exprimitur dum ꝛ obsequentes ꝛ benefaciẽtes benemeritos de nobis seu republica vocamus. Et cũ multipliciter meriti ratio contingat/hic sumitur in cõmuni vt commprehendit sub se meritũ ꝯgrui ꝛ cõdigni. Et qꝛ experiẽtia testaꝛ aliquẽ cõi iudicio mereri bonũ aliqǒ ꝑ sua opa vel penã aliquã/ſꝫ nõ a me vel illo: iõ adiũgiť ly a deo/vt determineť retributor mercedis. Est igiť sensus tituli vtrũ hõ possit aliqd facere/cui debeatur merces a deo.
¶In corpe ar. aduerte/ꝙ in cõi loqñdo in merito ꝯcurrũt quatuor. s. ꝑsona merens seu merita/ipm meritũ/merces/ꝛ ꝑsona reddẽs mercedeꝫ. Et lꝫ ista q̃tuor et equantur nõ solũ meritũ/ sed ꝑmiũ/tñ ordo ad h̃ oia, erigiť ad rõnẽ meriti: opꝫ. n. meritũ eẽ alicuiusꝰ vt merentis/ꝛ alicuius vt dbite mercedis/ꝛ ad aliquẽ redditorẽ mercedis: frustra. n. opaꝛ ꝛ laborat qs ꝑ mercede a nullo hñda. Exhibitio ãt meriti et redditio mercedis/a ctꝰ ad alteꝝ sunt ꝑm equalitatẽ rei ad reꝫ f. meriti ad mercedẽ/ꝛ ecõuerso/iõ ad rõnẽ meriti exigiť rõ iusti. q̃nis nõ sufficiat: plus nãqꝫ ad rõnẽ meriti exigiť. nã iusti ꝛ debiti rõ sine lib. arb. inueniunť i rebꝰ: iustũ nãqꝫ ẽ aqle nãe vt hẽat rostrũ/hoi vt hẽat manus/ꝛ grauibꝰ ꝛ leuibꝰ vt sint in locis suis/feminino serui vt iũgaꝛ masculo ꝛc. ꝛ h̃ sũt debita illis. Sed ad rõnẽ meriti exigiť volũtariũ: nullus. n. mereť aut demereť nãlibus vel inuitis passionibus vel accidẽtibꝰ. Et qm̃ iustũ iter duos ẽ ꝛ ad diuersos diuersimode/ꝛ volũtariũ nisi ad aliquẽ alteꝝ ordineť nullũ alteꝝ r̃spicit/iõ rõ meriti ex rõe iusti volũtarij ꝛ ordis ad alterũ integrari dr̃i lr̃a: dũ ꝑ° d̃ iusto/ide d̃ ꝑordinatiõe dei/ꝛ d̃mũ de libe. arb. intentuꝫ concluditur. Et quoniam in speciali de merito a deo quo modo est/ꝛ redditor mercedis debitor est/ꝛ omnis debitor alicuius debitor est ꝛ deus nulli põt eẽ debitor nisi sibi/idcirco sicut in rebus nãlibus deꝰ dã do manus homini/marẽ femine ꝛc. dat debita rebꝰ ex ordinatiõe sua. s. ipsiꝰ dei: ac per hoc quasi sibijpsi soluit debitũ/ꝛ sic ibi est ratio iusti (vt i scdo ꝯ gen. ca. 29. habes diffuse) ita in redditiõe mercedis debite merito hũano/deus nõ alr̃ põt ꝯstitui debitor nisi ꝑ quãto ab ipsomet deo ꝑsupponiť ordinatꝰ actꝰ ille ad ꝯsequẽdã mercedẽ illã. sic em̃ deꝰ ꝯstituiť debitor sibijpsi: ꝛ reddẽdo nobis mercedẽ/sue satisfacit ordinationi. Uñ ꝛ pr̃familias redditurꝰ mercedẽ oparijs vinee/priꝰ ꝯduxit eos ꝯuẽtione vel ꝑmissione sctã de mercede ꝑ seipm. Propter qǒ in lr̃a author rõnẽ meriti hũani impõle eẽ ꝯstituit nisi ex ꝑordinatione diuina: ex qua meritorius actus hꝫ ꝙ respiciat deum vt debitorem.
¶In eodẽ arti. circa rõnẽ iusti iuẽtã i merito hois apud deuꝫ aduerte/ꝙ meritum tale vltra respectꝰ qs hꝫ ad hoiem merẽtẽ ꝛ deũ vt ꝑordinãtem hꝫ duos alios. Alterũ ad mercedẽ: alteꝝ ad redditorẽ mercedis. Et qdẽ si cõpareť meritum hois ad deũ/nũqꝫ inueniet iustũ simplr̃: vt in lr̃a dr̃. Sꝫ si cõpareť meritũ hois ad mercedem debitã ꝑm se/sic nõ incõuenit inueniri iustum simplr̃: qm̃ nõ icõuenit equalere meritũ ꝑmio reddẽdo/ꝛ ordinari a deo actũ meriti tãti valoris ad equivalẽs premiũ. Et qm̃ merces reddẽda a deo q̃tũcũqꝫ ꝑm se sit equiualẽs merito/vt tñ reddiť a deo excedit meritũ hois (cuiꝰ ad deũ nõ põt eẽ eq̃litas simplr̃ in aliquo) iõ simplr̃ hois ad deũ non põt esse meritũ simplr̃/sꝫ ꝑm ꝓportionẽ: vt i lr̃a dr̃/q̃uis hois ad ipsam mercedem absolute possit eẽ meritũ simplr̃ sicut ꝛ iustũ.

S.q.109 ar.5.ꝛ locis ibidẽ inductis.

¶In eodẽ primo art. circa ordinationẽ diuinã ꝯcurrẽteꝫ ad rationẽ meriti apud deũ/dubiũ occurrit: an talis ꝑordinatio diuina fiat vlr̃ ꝑ cõicatũ ꝑncipiũ operis meritorij an rõ meritorij qñqꝫ fiat ꝑ solaꝫ diuinã ordinationeꝫ actꝰ ad tale ꝑmium. Sed qm̃ in art. 3. res hec in spãli de merito vite eterne discutiẽda est/iõ sat sit ꝑ nũc scire dubitare: et notare qǒ id dr̃ esse merces reddenda a deo nostro merito/ad qǒ consequendum deus dedit nobis virtutẽ operatiuam liberam.
¶In eodem primo arti. aduerte nouitie/ꝙ preordinationẽ diuinam nostri actus in ratione meritorij/nec ab ipso deo nec ab alio retributore opꝫ sortiri illam mercedem: vt patet in eo qui aliquãto tempore perseuerans in bono/obicem ponit premio ante retributionis tempus. Et ratio est: qꝛ non omnis preordinatio est preordinatio predestinationis/que effectum infallibiliter cõsequitur: sed aliqua preordinatio est ꝓuidentie nõ euentus sed cause/ꝛ ꝓpterea mater benemerita de filio quandoqꝫ mercedem honoris debiti a filio nec ab ipso filio sortitur/ nec a deo qui preordinauit matri benemerite talem honorem deberi/sit vt filius honorem hmõi impendat. Et ex eadem radice euenit/ vt iudas post multa merita vite eterne non consequutus fuerit eam: nihil enim ex huiusmodi euentibus diuine ordinationi deperit.

¶Super arti. 2.

IN arti. 2. eiusdem. q. dubium occurrit de superfluitate: qꝛ author in. q. 109. eundem articulum mouit.
¶Ad hoc dr̃/ꝙ nõ incõuenit diuersis rationibꝰ in diuersis locis eandẽ. q. mouere/vt vnusquisqꝫ tractatus integer fiat. Hec ergo questio de merito vite eterne per gratiã potest duplr̃ occurrere. Primo de merito hmõi vt hꝫ rõneꝫ finis respectu gratie. Et sic spectat ad. q de necessitate gratie: que est necessitas ex suppositione. s. ad habendũ tale qd: que vocatur necessitas finis. Et hoc mõ superius hec qǒ integrauit tractatũ de necessitate gratie. ¶Scdo de merito hmõi vt hꝫ rõnem effectus respectu gratie. Et sic hic tractatur ad integritatẽ tractatꝰ de scdo effectu grẽ/qǒ est meritũ: vt pꝫ ex initio tractatus huiꝰ ꝛ precedẽtis questionis.
¶In eodẽ arti. 2. aduerte/ꝙ qꝛ nec ex titulo articuli nec ex rõne allata i lr̃a hr̃/qǒ hic sit sermo de potẽtia dei absoluta: sed titulꝰ est de potentia meritoria vite eterne an sit ꝓpria grẽ ita ꝙ ipsa sola hoc possit inter creatas nãs: hoc est enim q̃rere an sine grã ꝛc. Nõ quoqꝫ litere sup diuina ꝓuidẽtia q̃ statuit actuꝫ nõ ordinari ad aliqd excedẽs ꝓportionẽ virtutis q̃ est ꝑnm actꝰ fundaꝛ. Jõ ex hoc loco nullꝰ sumat eẽ doctrinaꝫ authoris/qǒ hõ sine grẽ habituali dono ꝑ diuinã potẽtiã nõ possit mereri vitã eternã. Dicet forte qspiã non esse ꝯ authoris doctrinaꝫ/ ꝙ hõ ex gratuita dei ordinatiõe absqꝫ habituali dono mereaꝛ per actum libe. arbi. puta opera pietatis vitam eternam.
